






BIBLIOTHECA

CURIOSA
IN QUA
PLURIMI RARISSIMI ATQUE PAUCIS
Cogniti Scriptores, interq; eos
Antiquorum Ecclesiæ Doctorum
præcipuorum, Et
Classicorum Auctorum ferè omnium
Ætas, officium, professio, obitus, Scripta, horumque
optimæ ac novissimæ editiones indicantur.
In gratiam φιλοβίβλων collecta à

JOANNE HALLERVORDIO
Regiomontano Prusso.





REGIOMONTI ET FRANCOFURTI
Sumptibus MARTINI HALLERVORDII
Typis JOHANNIS NISII, Anno 1676



VIRIS

PROSAPIÆ SPLENDORE,
OFFICIORUM DIGNITATE,
MERITORUM GLORIA,
ILLUSTRI, NOBILISSIMIS, AMPLISSIMIS ATQUE MAGNIFICIS

DN. FRANCISCO MEINDERS

Serenissimi ELECTORIS BRANDÆB.
Consiliario intimo &c.

DN. MELCHIORI HIPPEL

Eidem Serenissimo ELECTORI
à secretis &c.

Dominis suis gratiosis, Patronis atq; Fautoribus magnis
Ob beneficia plurima in suos collata,
Ob favorem ingentem quô Litteras & Litteratos persequuntur,
BIBLIOTHECAM HANC CURIOSAM
in signum gratitudinis
In ulteriorem sui ac studiorum suorum commendationem
CUM VOTO
Ut Deus omnia Consilia eorum fausta esse sinat
Ut omnes actiones eorum prosperet

Dat dicat dedicat
Nomini eorum deditissimus
& divinctissimus
Joannes Hallervordt Reg. Prussus.

)(2 Lecto-



Lectori Philobiblo S. P. D.

QUamvis de favore tuo, Lector, Librorum & Literarum amantissime, non dubitem, qui mediocria etiam & imperfecta in hoc studiorum genere scripta benevolentiâ tuâ complecti non dedignaris; ne tamen sciolorum quorundam iniqua judicia, qui omnia, licet utilissima arrodunt, quorumve huic opusculo sat plures adfuturos facilè credo, suspensum te fortè teneant, paucis hic statim in limine te præmonere volui. Jam ergo persuasissimum habeas velim, quicquid hoc est conaminis, nullam ambitionem, vel inanis gloriolę captandæ pruritum, à quô vitiô tam alienus semper vixi, quàm qui maximè, in publicum protrudere; sed à purâ proficisci voluntate bene de te merendi, teque voluptatis istius, quæ ex ejusmodi lautitiis, quarum tibi hâc vice partem aliquam propono, ab amatoribus percipi solet, participem reddendi. Cùm nempe viderem, multorum etiam eruditissimorum hominum votis, novum aliquod si non accuratum, saltem aliquale, post SIMLERI & FRISII eruditissimorum Virorum diligentiam, *Auctarium*, ad Conradi Gesneri Bibliothecam universalem efflagitari: neque verò hactenus, *si Verderium excipias, cujus libellus paucorum foliorum rarissimè hodie reperitur*, extitisse, qui id oneris subire, tamve exoptatum pariter ac proficuum laborem in se suscipere aggressus est,

ſet, ipſe, cui ab incunabilis uſque librorum amor inhæſit, quædam circa negotium hoc tentare, ac de continuatione laudati operis cogitare occœpi. Haud equidẽ diffiteor, Spartam hanc aliis, in pulvere hoc magis exercitatis, majorique apparatu & notitiâ inſtructis, relinquere me potuiſſe; metuoq; valde, ne temeritatis alicujus, à viris doctis, quos *eundem lapidem volvere*, dũ hæc ſcribo, inaudio, accuſer, acrem ve cenſuram ſubeã. Verum enim verò, quoniam in hunc uſque diem palma propoſita fuerit omnibus, neminem puto mihi vitio vertere poſſe, ſi & ego ad illam contenderim; quam etiamſi me opellâ hac non adeptum optimè norim, neque tamen omnem plane operam perdidiſſe, quivis rei Librariæ peritus (cæteros nihil moror) ultrò mihi concedet. Sed nec, ſi quid à me in nonnullis erratum, quod ſubinde factum eſſe inficias non eo, ſive præter viſum, ejus culpa in me ſtatim redundare debet, quin potiùs in illos, quorum fidem ſequutus ſum, & ſub finem præfatiuncula hujus indicem texo bene longum: quamvis ſanctè affirmare poſſim, magnam partem eorum, quos recenſeo auctorum, à me ipſo conſpectos & oculis uſurpatos fuiſſe; idque partim in publicis Bibliothecis, inter quas primum merito locum defero ELECTORALI, quæ hic Regiomonti Boruſſorum eſt, & à Sereniſſimo ac Potentiſſimo Principe ac Domino meo Clementiſſimo, Magno FRIDERICO GUILIELMO hodieque favetur, & quotannis liberaliſſimè augetur, quam diebus, quibus Choro litterario patet, Dominorum Bibliothecariorum inprimis, qui nunc ejus curam gerit, Excell. Domini Martini Sylveſtri GRABII, benevolentia fretus, adire & in uſum meum optima quævis annotare, nunquam neg exi: partim in privatis amicorum ac Fautorum Muſeis, nec non Officinis Librariis, inter peregrinandum à me luſtratis. Porrò non circa unius generis, vel facultatis, vel Profeſſionis Scriptores hæreo, ſed Viros quos ſuperius dixi, & ad quorum labores me additiones dare profeſſus ſum, ſequutus, omnis generis, facultatis, profeſſionis, addo & Linguarum, quod tamen à au-

datis Viris non nisi in tribus principalioribus factum, Scriptores collegi & recensui, in id maximè intentus, ut antiquorum ferè omnium tam Ecclesiasticorum quàm profanorum melioris notæ & novissimæ editiones, studiosæ Juventuti innotescerent. Addidi præterea, ubi suppetebant, patriam, ætatem, & officium, diem etiam emortualem, quòd & hæc ab iisdem, quos nominavi, adjuncta animadverterem. Judicia autem rarissimè & paucis, cum res sit plena aleæ, adjeci. Cur verò propositum hocce meum in ipso Operis titulo non expresserim, sed sub BIBLIOTHECÆ CURIOSÆ nomine laborem hunc extare voluerim, si quis forte quærat, is sciat, factum hoc esse in gratiam ejus, qui, ut excuderetur, impensas fecit, Fratris scilicet mei perdilecti, ne Opus mutilum, vel Pars solummodò Majoris Voluminis, apud imperitos Librarios vel Emptores appareret, & hâc ratione negligeretur. Nec quemquam moveat, adeo exiguô Libro, quod institueram supplementum, vix aliquot grandioribus Tomis includendum, prodire. Indulgendum enim & hic fuit tum impensas suppeditanti, tum Typographo, qui ob imminentes Nundinas Francofurtenses hâc vice plura absolvere haud potuit. Quod itaq; impræsentiarum tecum, Lector Philobible, communicare non possum, quàm primum à me exspecta in Tomo hujus Bibliothecæ Curiosæ secundo, quem jam affectum in scriniis servo. Quod eo citius fiet, quo acceptiorem tibi Tomum huncce primum fuisse deprehendero. Errata, quæ Typothetarum incuria numero non exiguo ob absentiam meam irrepsere, ut pro humanitate tua emendes, maximopere rogo. Hæc habui, quæ te præmonere volui. Vale & favorem mihi tuum persevera. Dabam Regiomonti Prussorum quinto Cal. Mart. Anni M DC LXXVI.

ELEN.

Elenchus Scriptorum præcipuorum, quorum subsidio instructa est hæc Bibliotheca Curiosa.

1. Guilielmi Eysengreinii Catalogus Testium veritatis.
2. Antonii du Verdier supplementum Bibliothecæ Gesneri.
3. Andreæ Schotti Bibliotheca Hispanica.
4. Sixti Senensis Bibliotheca Sancta.
5. Antonii Possevini Apparatus sacer Tomis II. edit. Colon.
6. Robertus Bellarminus de Scriptoribus Ecclesiasticis.
7. Valerii Andreæ Bibliotheca Belgica edit. II.
8. Joan. Gerardus Vossius de Historicis Latinis.
9. Ejusdem Libri de Historicis Græcis.
10. Andreæ Riveti Criticus sacer edit. noviss. in 8.
11. Balthasar Bonifacius de Scriptoribus Hist. Rom. edit. Helmst.
12. Caroli Visch Bibliotheca scriptorum Sacri Ord. Cist. edit. II.
13. Elenchus Librorum Romæ Typis sacræ congreg. de fide propa- [illegible] theum Ascianum de Montibus Pietatis.
33. Gabrielis Naudæi Bibliographia Politica. edit. Witteb.
14. Ejusdem Syntagma de Studio Militari. Romæ excusum.
15. Henrici Hollandi Heroologia Anglica fol.
16. Pauli Colomesii Gallia Orientalis.
17. Martini Hanckii de Romanarum Rerum Scriptoribus Libri II.
18. Jani Nicii Erythræi Ginacotheca ill. Virorum Partes III.
19. Joannis Buxtorfii Bibliotheca Rabbinica.
20. Joan. Jonsii de Scriptoribus Historiæ Philos. Libri IV.
21. Philippi Labbe Bibliotheca Bibliothecarum edit. noviss.
22. Ejusdem Bibliothecæ MSS. Librorum Tom. II.
23. Joannis Sauberti Historia Bibliothecæ Noribergensis.
24. Aubertus Miræus de Cl. Viris Ordinis Carmelitani.
25. Joan. Antonidæ van der Emden de scriptis Medicis L. II.
26. Jacobi Phil. Thomasini Museum Laur. Pignorii.
27. Bibliothecæ Lugduno-Batavæ Catalogus. edit. II.
82. Martini Zilleri Historici, Chronologi & Geographi Partibus II.

29. Pe-

29. Petrus Diaconus de Viris illustribus Cassinensibus, edit. Paris.
30. Petri Lambecii Catalogus propriorum Operum.
31. Ejusdem prodromus Historiæ Litt. fol.
32. Philippi Alegambe Bibliotheca Jesuitica.
33. Olearii Abacus Patrologicus.
34. Dn. de Sallo Ephemerides Gallicanæ latinè redditæ per F. Nitschium.
35. Acta Philosophica Anglicana latinè reddita per C S.
36. Antonii Reiseri Catalogus MSS. Bibl. Augustanæ.
37. Vincentius Placcius de Scriptoribus Anonymis & Pseudonymis.
38. Miscellanea curiosa Medico-Physica, Academiæ curiosorum naturæ. III. T.
39. Crowæi Index interpretum S. Scripturæ.
40. Albertus Bartholinus de Scriptis Danorum.
41. Theophili Spitzelii arca Bibliothecarum retecta.
42. Joan. Henr. Bœckleri de Scriptoribus Græcis ac Latinis commentatio.
43. Catalogus illustrium de picturâ Scriptorum à Raphaele Trichero Dn. Fresne unà cum Opere Italico *Leonardo da Vinci della pittura* editus.

Indices varii & Catalogi illustrium Bibliothecarum tam publicarum quàm privatarum, quorum nonnullos ipse possideo, reliquos ab amicis accepi.

L. Tanta circa nos 2. §. siquid autem 14. C. de vet. jur. enucl.


Penitus in nullo peccare, Divinitatis magis quam Mortalitatis est.



J. N. J.

BIBLIOTHECA CURIOSA,

A



ABENBITAR Arabs, Medicus Malacienſis, obiit anno Hegiræ 646

De Plantis accuratum opus a Salmaſio habui (ita Bochartus præfat. Hierozoici) *Salmaſius ab Ampliſſimo Peireſcio, qui ex Ægypto advehendum curavit.*

ABENEPHIUS Medicus Hebræus, Arabicè & Cophticè doctiſſimus.

De Veterum Ægyptiorum diſciplinis Liber Arabicus, quem MS. in Muſeo Athan. Kircheri ſe vidiſſe teſtatur Velſchius de venâ Medinenſi pag. 97. Alegambe pag. 49. inter ejusdem Kircheri Scripta recenſet: Barneſiæ Albenephii Arabis Judæi Librum de ſapientia Ægyptiorum, eorumque Symbolicâ Philoſophiâ, ex Arabico Latinè translatum.

Ibn ABIOSEIBEA, aliàs Abu Elaighbas Ahmed ben Caſem dictus, Muhamedanus, citatus à Gabriele & Joanne Maronitis, in tractatu de Rebus orientalibus, Geographiæ Nubienſi ſubjuncto, ſub annum Hegiræ 610. CHRISTI 1212. clarus. Obiit anno 1220. Confer Seldeni Notas ad Periocham Evtychii de Origine Eccleſiæ Alex. p. 10.

Vitæ Arabum qui Medicinâ claruere, ſecundum gentes & ætates diſtinctæ, ac capitibus majoribus XV. abſolutæ. Quid quolibet capitulo contineatur, vide apud Spitzelium in ſpecimine Bibl. univerſalis. MS. Opus hoc in Bibl. Leidenſi extat.

ABRAHAMUS COLORNUS, Mantuanus Hebræus. Scotographiæ Italicæ Libri III. Pragæ 1593. Meminit Guſtavus Selenus Cryptogr. p. 185.

ABULCASIMUS Harirensis Arabs, Sermones eleganter scripti in Bibl. Emin. Card. Gregorii Barbadici extant. Velschius Opere allegato p. 448.

ABULSAPHAS Arabs. De animalibus liber ingeniosissimus, ex Arabicâ Linguâ in Hebræam à Calonymo translatus anno Christi 1316. MS. in Bibl. Holmensi. Bochartus loco citato.

ACHARDUS Monachus Claræ vallensis tempore S. Bernhardi. Vita B. Getselini Eremitæ, editore Arnoldo de Raisse, Duaci Typis Petri Auroy 12. 1626.

ACHILLES STATIUS Lusitanus. LII. illustrium Virorum, ut Romæ extant, ære expressi vultus. Romæ formis Antonii Lafrerii f. 1569.

ACHILLES TATIUS Alexandrinus, incertæ ætatis Scriptor. De amoribus Clitophontis & Leucippes Libri IIX. græcè, cum versione Annibalis Cruceji Mediolanensis, ex MSS. emendati & notulis illustrati à Claudio Salmasio Lugduni Batav. apud Francisc. Hegerum 12mo. 1640.

ADAMUS de PERSENIA, Monasteriô diœcesis Cenomanensis, cujus Abbas circa annum 1191. erat. Vide Vischium p. 4. Biblioth. Cist. sermones de beatissima virgine ex codice perantiquo Cœnobii Casæ-Marii, editi & Notis illustrati studio Hippolyti Maraccii, Presbyt. Lucens. Rom. apud Ignatium de Lazzeris 1652.

ADAMUS ZALUZIANSKI de Zalucian Bohemus, Medic. Doctor. Methodi herbariæ delineatio secundum foliorum formam instituta Lib. III. Pragæ autem in officina Georgii Dacrisani 1592.

ADEMARUS Cabañensis, circa annum Christi 1030. in vivis, S. Martialis Lemovicensis primùm, posteà S. Eparchii Engolismensis Monachus. Chronicon ab anno 829. usq; ad annum 1029. Commemoratio item Abbatum Lemovicensium Basilicæ S. Martialis Apostoli, appendice Heliæ de Roffiaco Henrici II. Regis Angliæ Capellani, Tomo II. Bibliothecæ Novæ Phil. Labbæi comparent.

ADO, Viennensis in Galliâ Archiepiscopus, anno 859. electus. Obiit anno 874. Vide Sanmarthanos FF. Tomo I. Galliæ Christ. fol. 798. Martyrologium, cum MS. collatum & notis illustratum ab Heriberto Rosweido, Soc. J. Presb. editum unà cum Martyrologio Romano Antwerpiæ apud Plantinum anno 1613.

ADOVARDUS GVALANDIUS. De civili facultate Opus Romæ f. 1598. Laudat illud Naudæus Bibliogr. Polit. p. 15.

ÆGIDIUS Corboliensis Medicus.

dicus. De compositione Medicamentorum Liber versu heroico conscriptus. MS. apud eundem Naudæum, qui exinde versus aliquot in dissertatione de studiis vespertinis adducit.

ÆGIDIUS GONCALES, de Avila, Diaconus Ecclesiæ Salmanticensis. Historia antiquæ urbis Salmanticæ, idiomate Hispanico, Salmanticæ 1606.

ÆGIDIUS MEDICUS. De urinis & pulsibus Liber, castigatus ab Avenantio Mutio de Camerino, cum commento Gentilis de Fulgineo, Venetiis excusus per Bernardinum Venetum, impensis Jeronymi Duranti 4to. 1494.

Cl. ÆLIANUS Prænestinus, Civis Romanus, sub Hadriano Imp. clarus. Vide Vossium L. II. de Hist. G. c. 11. Variæ Historiæ Libri XIV. græcè & latinè ex emendatione Tanaquil Fabri Salmurii 8tavo. 1668. Tactica græcè & latinè cum Notis Sixti Arcerii & Tabulis æri incisis Lugduni Bat. 4to. apud Ludovicum Elzevirium 1613.

ÆLNOTHUS Monachus Cantuariensis, circa annum 1105. in Daniâ vixit. Vita & passio S. Canuti Regis Daniæ Nicolao ejus Fratri, Regi itidem Daniæ dicata. Cum Notis Joan. Meursii prodiit ex Bibliothecâ Hafniensi anno 1631. Hafniæ apud Joachim. Moltkenium in 4to. Additus est Anonymus Scriptor de passione S. Caroli Comitis Flandriæ.

ÆLREDUS Nobilis Anglus, Abbas Rhievallensis, Diœcesis Eboracensis, Ord. Cist. obiit anno 1166. Opera, inter quæ præcipua: Speculum charitatis; homiliæ in Esaiam & Lucam; Dialogi & Epistolæ, editore Richardo Gibbon è Soc. J. excusa Duaci 1616.

ÆNEAS GAZÆUS Philosophus Christianus circa annum 490. clarus. Dialogus de immortalitate animæ & corporum resurrectione, Theophrastus inscriptus, à persona principali, græcè & lat. cum Notis Gasp. Barthii Lipsiæ 4to. 1655.

ÆNEAS SYLVIUS, anno Christi 1458. in summum Pontificem electus. Historia Austriaca ad dictum annum pertingens MS. hactenus inedita servatur in Bibliothecâ Vindobonensi, unde ejus editionem pollicetur Petrus Lambecius in Catalogo propriorum operum. pag. 58.

ÆSCHYLUS Poëta Tragicus Græcus. Obiit Olympiade LXXVI. Tragœdiæ VII. Græcè cum versione Latinâ & Com. Thomæ Stanlæi Angli. Accedunt antiqua scholia Græca. Londini f. 1663. Laudant editionem hanc Ephemerides Gallic. T. I. pag. 87.

AGATHARCHIDES Cnidiusſub Ptolomæo Philometore vixit. De mari rubro fragmenta græcè & latinè. · Oxoniæ 8. 1597

AGATHEMERI opuſculum Geographicum græcè & latinè operâ Samuel. Tennulii Amſtelodami prodiit in 8. 1671.

AGATHIAS Murinæ in Aſiâ natus, Scholaſticus cognominatus, quòd Smyrnæ Advocatus eſſet, ſub Juſtiniano Imp. clarus. vide Voſſium de H. Gr. Lib. II. cap. 22. De Imperio & Rebus geſtis Juſtiniani Libri V. græcè & latinè cum Notis Bonav. Vulcanii. Lugduni Bat. 4to. 1594.

AGESILAUS MARISCOTTUS Patricius Bononienſis, Pauli V. Cubicularius. Obiit, ſubito caſu graviter prolapſus, anno ætatis XLI, ſæculi hujus decimo octavo. Vide Joan. Bapt. Lauri Orcheſtram pag. 51. De Perſonis & larvis ſyntagmation. Romæ apud Andream Phæum 8. 1639

AGOBARDUS Gallus, Epiſcopus Lugdunenſis circa annum 833. Opera omnia curâ & cum obſervationibus Steph. Baluzii. Addita ſunt opuſcula Leidradi & Amulonis, Agobardi ſucceſſorum. Pariſ. 2. vol. in 8. apud Franciſc. Muguet anno 1666.

AHMED ALLAHI. Coſmographia Perſi.a, quam ſe daturum ait Gilb. Gaulminus in Epiſtolâ ad Chriſtianum Ravium, quam hic ſpecimini Lexici ſui Arabico-Perſico-Latini præmiſit.

AHMED ARABSCHIA Arabs circa annum 1431. clarus. Vide Hottingeri Hiſt. Eccleſ. Sect. XV. pag. 611. De vitâ & geſtis Timuri ſive Tamerlanis opus, Arabicè operâ Jacobi Golii editum 4to. Leydæ 1636. Gallicè reddidit Petrus Vatterius Medicus, Pariſiis anno 1658. Typis excuſum.

AHMED BEN MAGAD Scriptor Muhamedanus, Sæculi ſuperioris Aſtronomus & Geographus. Compendium Aſtronomicum & nauticum Arabicè, quod MS. penes ſe eſſe ait Seldenus libro de ſucceſſione in bona defun. c. 24.

ALANUS Monachus Cyſterclenſis, Pariſienſis Academiæ moderator, ob variam eruditionem vulgò Magnus & Doctor Univerſalis appellatus anno 1215. floruit. Opera: Commentarius in Canticum Canticorum: Summa de arte prædicandi: Pœnitentiale: Anti-Claudianus: de Parabolis: Planctus naturæ contra Sodomiæ vitium; & alia, operâ & ſtudio Caroli de Viſch Prioris B. Mariæ de Dunis prodierunt Antwerpiæ 1653. fol: Typis Guil. Leeſtenii. Commentarium ejus ingentem, de ratione Metrorum & Syllabarum, teſtimoniis Auctorum adſcriptis, cujus nullus Nomenclator mentionem faciat, ſe in

in Bibl. Basileensi adspexisse, testatur Barthius ad Britonis Lib. III. v. 546.

ALBERICUS de ROSATE JC. Bergomensis. Dictionarium Juris Civilis & Canonici, cum additionibus Joannis Francisci Deciani. Venetiis apud F F. Guerreos 1572. fol.

ALBERTINUS MUSSATUS Patavinus. Obiit Clodii exul anno 1329. Vide Vossium L. III. c. 9. Opera Historica de gestis Imp. Henrici VII. Lib. XVI. De Italicorum gestis post Henricum VII. Historiam de Ludovico Bavaro & alia quædam, auspiciis Illustriss. Dominici Molini Senatoris Veneti, Felix Osius Eloquentiæ in Academia Patavinâ Professor, notis (quas Thomasinus in vita Livii aureas appellat) illustrata, Venetiis Typis imprimi curavit anno 1636. fol.

ALBERTUS Baro de Bonsteten, Imp. Maximiliani I. Sacellanus, & Eremitarum in Helvetiâ Decanus, anno Christi 1491. composuit, & Carolo VIII. Galliæ Regi inscripsit Historiam Austriacam, quæ inedita MS. in Bibliotheca Vindobonensi extat, unde editurus est Petrus Lambecius in corpore, quod parat, Historiæ Byzantinæ; typis jam excudi cœpto.

ALBERTUS MAGNUS Lavinganus Svevus, Ordinis prædicatorum Monachus, & Episcopus Ratisponensis. Obiit Coloniæ ætatis LXXXVII. anno Christi 1280. 15. Novemb. Vide Labbæum Tomo I. de Scriptor. Eccl. p. 26. Opera omnia in XXI. Tomos digesta, studiô & labore R. P. Fr. Petri Jammii Ordinis Præd. Conventus Gratianopolitani. Lugduni sumtib. Claudii Prost, Petri & Claudii Rigaud, Hieronym. de la Garde, & Joan. Ant. Huguetan. 1651. fol.

ALBINUS ALCWINUS Flaccus, Anglus, Eboraci in Patriâ Diaconus, Caroli M. Imp. Præceptor, circa annum 800. clarus. V. Sanmarthanos Tom. IV. fol. 540. & 613 Olearium abaco p. 17. Opera omnia, curâ Andreæ Duchesnii. Parisiis fol. anno 1617.

ALCIMUS AVITUS, Episcopus Viennensis in Galliâ, circa annum 520. vixit.

Libri V. metrice scripti in Genesin & Exodum: nec non liber de castitate ad Sororem, Argentorati, editore Mülingio anno 1507. quæ optima est editio, quam secuta illa Jacobi Sirmondi Parisiis anno 1643.

ALEXANDER ALBERTINUS de Rocha contrada. Malleus Dæmonum sive modus Exorcissandi. Veronæ 1620.

ALEXANDER de ANGELIS Spoletinus, in Collegio Romano societatis JESU studiorum

Præfectus, obiit anno 1620.

In Astrologos conjectores Libri V. Romæ Typis Bartholom. Zannetti 1615. & Lugduni sumtib. Horatii Cardon eodem annô in 4to.

ALEXANDER APHRODISEUS Philosophus Peripateticus temporibus Severi Imp. clarus. De fato Libellus ad Severum & Antoninum Impp. græcè & lat. Londini 8. 1658.

ALEXANDER, Abbas Aquicinctinus, Ord. S. Bened. à Duaco lapide. Vita B. Goswini, Prædecessoris sui, curante Richardo Gibbono, Soc. JESU, Duaci 1620. 8.

ALEXANDER CARPENTARIUS Anglus. Destructorium Vitiorum contra errores & vitia Cleri, suique ævi Monachos. Noribergæ 1496. apud Antonium Koburger.

ALEXANDER FICHETUS Soc. Jesu, natione Sabaudus, circa annum 1630. clarus.

Arcana studiorum omnium Methodus & Bibliotheca scientiarum, librorumque earum ordine tributorum universal. Lugd. apud Guilielmum Barbier 1648. 8.

ALEXANDER GATTUS Italus. Poëma de venatu damarum ex Italico Latinè redditum edidit Hieron. Velschius una cum diss. suâ de ægagiopilis.

ALEXANDER LAMUS Italus. Discursus de Sculpturâ & pictura, in quo simul de vitâ M. Bernardini Campi Pictoris Cremonensis agit. Italicè. Cremonæ 1584. 4to.

ALEXANDER MAGNUS Macedonum Rex. Vidi excusam sub nomine ejus Epistolam ad Aristotelem de situ & mirabilibus Indiæ, versam per Cornelium Nepotem (sic inscriptio sonat) Latinè, editam à Jacobo Colinæo Catalanensi, in officinâ Joan. Gormentii, loco vel anno non addito.

ALEXANDER MARCHETTI Philosophiæ in Acad. Pisana Professor. De resistentia corporum solidorum Tractatus Florentiæ 4to. 1665.

ALEXANDER NECHAM Liber de laudibus divinæ sapientiæ versibus elegiacis conscriptus citatur ab Usserio in addendis ad antiqq. Ecclesiarum Britan. p. 39. Fabulas aliquot ex Libro ejus Mythologico, quem Bibliotheca Seldeniana servat, depromit in notis suis ad Vptonum Edoardus Bissæus.

ALEXANDER de NIGRIS. Epistola ad Joan. Bapt. Capponium, de vetustissimæ lapideæ cujusdam inscriptionis erasione. Bononiæ 1660. in 4to.

ALEXANDER SARDU Ferrariensis. Liber de Nummis, in quo prisca Græcorum & Romanorum

norum pecunia ad nostri æris rationem redigitur. Patavii in 8. apud Paulum Frambottum. 1648.

ALEXANDER WILTHEIMIUS Luxemburgensis è Soc. JESU.

Diptychon Leodiense, cum Commentario. Leodii 1659. apud Johannem Mathiam Hovium fol. vid. Labbæi Bibliothecam Bibl. p. 343.

Dissertatio de phialâ Reliquiarum S. Agathæ Virginis & Martyris. Augustæ Trevirorum 4.

ALEXIUS GOMEZ Abbas S. Dominici de Pedagra.

Epigraphe diversorum locorum S. Scripturæ ex operibus S. Basilii. Salmanticæ fol. 1596.

ALFONSUS CIACCONIUS Astigi oppido, Provinciæ Bœticæ oriundus, obiit Romæ anno 1590. Ordin. Prædicatorum.

Vitæ & res gestæ Pontificum Romanorum & S. R. E. Cardinalium ab initio nascentis Ecclesiæ, usque ad Urbanum VIII. cum additionibus Francisci Cabreræ, Andreæ Victorelli, & aliorum, curâ Hieron. Aleandri JC. Adjunctæ sunt imagines Pontificum, horum & Cardinalium insignia, ac elogia. Romæ 1630. 2. vol. in fol.

Historia utriusque belli Dacici, à Trajano Cæsare gesti, ex simulacris, quæ in ejusdem columnâ Romæ visuntur: additæ Vindiciæ Historiæ de anima Trajani. Romæ in fol. apud Franciscum Zannettum; anno 1576. & nuper curâ Joan. Jacobi Rubej. Vid. Velschium in addendis ad venam Medin. p. 640.

ALFONSUS CRAVEL Hispanus. De antiquitate Religionis & Regulæ S. Basilii Magni, patrio idiomate. Matriti 1645. 4.

ALFONSUS GARSIAS MÆTAMORUS Hispalensis, Rhetor complutensis sæculo superiori clarus. V. Schotti Bibl. Hispanicam Tomo III. pag. 455. De Viris Hispaniæ doctis Narratio apologetica. Compluti impensis Alfonsi de Xaramillo 1553. 8.

ALFONSUS PANDULPHUS. De fine Mundi Opus. Bononiæ fol. 1658.

ALFONSUS TOSTATUS Matricalensi vico oriundus, Episcopus Abulensis, Consiliarius Regius, majorque Referendarius. Obiit anno 1454. æt. XL. Opera omnia in Tomos XIII. divisa Venetiis 1596. quos recenset Labbæus Tomo I. pag. 38.

ALFREDUS Angliæ Rex, obiit anno Christi 900. sepultus ap. Wintoniam in novo Monasterio, quod ipse erexerat, uti habent annales Wintonienses, citati à Guilielmo Dugdalo Monastico Anglicano p. 32.

Paraphrasis Saxonica Historiæ Eccles. Venerabilis Bedæ, unà

cum textu Latino Cantabrigiæ 1644. fol. edita.

ALKAZVINIUS vero nomine Doctor Zacharias, ben Muahammed. Ibn Mahmad, à patriâ urbe Persiæ Casbin, sub Alkazvini nomine allegatus, teste Francisco Redo de insectis p. 167. De mirabilibus creaturarum antè annos ferè quingentos composuit Librum, quem Serenissimæ Reginæ Christinæ liberalitati se debere aitBochartus præfatione Hierozoici.

ALOYSIUS DARDANUS Magnus Cancellarius illustrissimi Senatus Veneti. Pulchra & docta defensio Mulierum adversus accusatores sexus fœminini, versu & prosæ, Italicè. Venetiis in 8. 1554.

ALOYSIUS LOLLINUS Episcopus Bellunensis, eximius Philologus Thomasino de Museô Pignorii p. 84.

EpistolæBelluni 4to. 1642.

ALPHANUS patriâ Salernitanus, Monachus primùm Casinensis, dein Monasterii S. Benedicti Salerni Abbas, & postremò ejusdem civitatis primus Archiepiscopus circa annum 1057. ad 1086. usque clarus. Vide Petrum Diaconum de Claris Casinensis Cœnobii Viris cap. XIX. & ibi Marum pag. 38. Opuscula ejus nonnulla è MSS. primus edidit Ferdin. Ughellus Tomo II. Italiæ illustratæ à fol. 1085. usque ad finem.

ALTFRIDUS tertius Monasteriensium in Westphaliâ Episcopus. Obiit anno 849. Vita S. Ludgeri primi Monasteriensium Præsulis, prædecessoris sui. Coloniæ anno 1515. apud Quentelium.

ALVARUS CORDUBENSIS sub Ludovico juniore clarus, Socius S. Evlogii Martyris & Episcopi Ecclesiæ Toletanæ. Vide quæ de eo annotant Vossius L. III. de Hist. lat. cap. 4. Higucia, & Ramiresius ad Luitprandi Chronicon, qui ultimus varia se ejus Opera possidere ait, inedita hactenus, aliquando in lucem emittenda, ad annum 846. p. 426. Vita S. Eulogii ab Alvaro hoc scripta cum scholiis Ambrosii Moralis Cordubensis, extat Tomo IV. Hispaniæ illustratæ, curâ And. Schotti editæ.

ALYPIUS Græcus. Isagoge MusicaGræc. curâ Joan. Meursii, unà cum Aristoxeno. Lugd. Batavorum 4to. 1616. MS. exemplaria hujus auctoris, uti & reliquorum veterum Musicorum in quibus Bibliothecis supersint, indicat CatalogusMSS. Græcorum Bibliothecæ Scorialensis, ab Alexandro Barvœtio, unà cum Cyrillo in Jeremiam publicatus.

AMALRICUS AUGERII de Beuvis, Prior Monasterii S. Mariæ

riæ de Apriano, Ord. S. Aug. Elnensis diœcesis, quomodo seipsum vocat in præfatione Libri sui ad Urbanum V. directâ.

De Pontificibus Romanis Opus, cujus MS. exemplar habuisse Petrum Scriverium testatur Vossius L. III. cap. 1. de Hist. Lat.

AMBROSIUS FLORIDUS De naturâ Maris Tractatus 4. Patavii 1613.

AMBROSIUS MORALIS, Cordubensis Eloquentiæ Professor in Acad. Complutensi, & Historicus Regius. Obiit anno 1592. in patriâ. Vide Schotti Bibliothecam Hisp. Tom. II. p. 347. qui & scripta recenset.

Commentarius de vitâ Comitissæ Mathildis de Canosâ MS. in Bibliothecâ Scerialensi, teste Claudio Clemente sub finem Musei.

AMBROSIUS de PENNALOSA Mondejarensis è Soc. Jesu, Cæsareæ & Catholicæ Maj. a Concionibus & in Viennensi Academiâ Primarius an. 1640. Theol. Professor. Vindiciæ Deiparæ virginis à peccato Originali & debito illius contrahendi. Antverpiæ apud Hieron. Verdussium in 4. 1650.

S. AMEDEUS Gallus, Episcopus Lausannensis anno 1144. ordinatus. Homiliæ VIII. de laudibus Deiparæ Virginis cum elogio auctoris, à Gervasio Sopheno Brisacensi præfixo, Basil. 1517. excusæ ap. Adamum Petri.

Eædem Audomari curâ Richardi Gibboni è Soc. Jesu. an. 1613.

AMMIANUS MARCELLINUS sub Gratiano ac Valentiniano clarus. V. Vossium de Hist. Lat. Lib. II. cap. 9. Historiarum Libri XVIII. cum Notis Fried. Lindenbrogii. Hamburgi 1609. in 4.

Iidem cum Observationibus Henrici Valesii. Paris. 4. an. 1637.

AMPHILOCHIUS Iconiensis (quæ Metropolis est Lycaoniæ) Episcopus, circa annum 380. clarus. Opera græcè & lat. curâ Francisci Combefis Paris. fol. 1644. addita sunt nonnulla Andreæ Cretensis & Methodii Patarensis.

ANDREAS LUCAS de ARCONES. Elucidatio in Esaiam Tomis II fol. Lugduni 1642.

ANDREAS ARGOLUS Eques D. Marci, Medicus, Philosophus, & in Patavino Lyceo Mathematum Professor circa annum 1639. De diebus criticis & de ægrorum decubitu Libri II. Patavii apud Paulum Frambottum 4. 1639. Ephemerides ab an. 1630. usque ad 1700. 4. ibid. 1648.

ANDREAS ASULANUS Socer Aldi Manutii Typographi. Biblia Græca LXX. Interpretum Venet. ap. Aldum 1518. in fol.

ANDREAS AZORITES religiosus B. Mariævallis Ecclesia-

sum in Regno Toletano, Ordinis Cist. Obiit anno 1599.

Theologiæ Symbolicæ sive hieroglyphicæ decades X. Salmanticæ apud Didacum de Cussio 1598.

ANDREAS Episcopus Cæsareæ in Cappadocia. circa annum 500. judicio Bellarmini de Scrip. Ecclesiasticis pag. 161. clarus. Commentarius in Apocalypsin græcè & lat. fol. 1596.

ANDREAS CAPELLA Valentinus, Carthusianus, & Carthusiæ Scalæ Dei in Hispaniâ Prior, deinde Episcopus Urgelensis, circa annum 1602.

Commentarius in Jeremiam & Threnos. Tarraconæ 1586. 4.

ANDREAS CATULLIUS Nervius, Canonicus Tornaci Nerviorum, & Judex in Consistorio Episcopali. Vide Valer. Andream pag. 47. Descriptio Urbis Tornacensis 4. Bruxellis anno 1652.

ANDREAS CHIOCCUS Veronensis. De Collegii Veronensis Medicis & Philosophis, qui vel scribendo, vel publicè profitendo Collegium, Patriam & bonas litteras illustrarunt. Veronæ Typis Angeli Tani 1623. 4.

ANDREAS CRAYNENSIS sive Carniæ Archiepiscopus, quem Stumphius Lib. II. Chronic. cap. 33. ob scripta & liberas increpationes Cleri, in carcerem conjectum & strangulatum tradit, vixit circa annum 1480. Acta ejus & gesta circa Concilium Basileæ convocandum & celebrandum, manu Petri Numagen, Sacellani ad S. Leonhardum apud Tigurinos, Notarii ejus, Scripta, è MS. Codice primus edidit Hottingerus Hist. Eccl. Sæculo XV. à pag. 347. seq.

ANDREAS FULVIUS Prænestinus, vel juxta alios Sabinus.

Illustrium virorum & Mulierum icones. Romæ fol. apud Jacobum Mazochium anno 1517.

ANDREAS GOLDONOWSKI Ordinis FF. Erem. S. Pauli primi Eremitæ per Poloniam & Silesiam Prior Provincialis circa an. 1640. Diva Claromontana sive de imaginis B. Mariæ Claromontanæ origine, translatione & miraculis. Cracoviæ in offic. Andreæ Petricovii in 8. anno 1642.

ANDREAS HOBERNFELD ab Hornbeckio Lib. VI. p. 530. Summæ Controv. Weigelianis adnumeratur. Hierosolyma restituta sive sæculum Spiritus S. igneum, sub præsentis magnæ illius tribulationis quaternarii finem magno lumine suum accepturum initium; quo etiam minæ interitus Bestiæ Romanæ & Mametismi ad annum futurum 1624. ex Scripturâ Sacrâ recensentur, & deducuntur. Hagæ Comitis anno 1622. Vide Rumetschium de Turcis syntag.

AN-

ANDREAS HOIUS Brugensis in Academia Duacenâ Græcarum litterarum, Eloquentiæ atq; Historiæ Professor Regius. Obiit octogenario major. Confer Val. Andream p. 50. Historia universa, sacra & profana, ab Orbe condito, ad Christi Natalem: accedit de VII. primis Romanorum Regibus Syntagma, & alia quædam. Antwerpiæ in fol. Typis Belleri anno 1629.

ANDREAS de JASSOWITZ; De eo hunc in modum Adrianus Regenvolscius Lib. I. cap. 7. Hist. Eccles. Exemplar Bibliorum Polonicorum extat in membranis descriptum in Illustris cujusdam Viri Bibliothéca, ad cujus calcem hæc adscripta sunt: Absoluta sunt hæc Biblia in castro Novæ Urbis Corczin ad mandatum & voluntatem Serenis. Reginæ Poloniæ Sophiæ: translata per Andream de Jassowitz: Scripta per Petrum de Cadoszitz 18. Aug. anno 1455. Superstite adhuc vidua Sophiâ Reginâ, regnante jam Filio ejus Casimiro, Jagellonide.

ANDREAS MARIANUS Bononiensis. Ruinarum Romæ Epigrammata, quibus miranda Urbis agnoscuntur, sacra visitantur, nova & vetera elogiis recensentur. Bononiæ 1641, 8.

ANDREAS MAUROCENUS Senator Venetus. Historia Veneta ab anno 1521. usque ad 1615. Venetiis apud Anton. Pinellum anno 1623.

ANDREAS MENDO Lucronensis Hispanus, è Soc. Jesu, Provinciæ Castellanæ.

Crisis de Societatis Jesu pietate, doctrinâ & multiplici fructu. Lugduni sumt. Horatii Boissat & Georgii Remeus.

De ordinibus Militaribus Tractatus ibid. fol. 1668.

De Jure Academico ibid. fol. 1668.

ANDREAS PALLADIUS Italus. Antiquitates Romanæ: additus est discursus de focis antiquorum. Italicè Romæ per Nicolaum Mutium 1599. 8.

ANDREAS REDUSIUS Tarvisinus. Annales Tarvisini ab urbis origine usque ad annum 1420. quo vixit. MS. apud Comites Collatinos teste Balthasare Bonifacio apud Voss. de Hist. Lat. Lib. III. c. 9.

ANDREAS DU RYER Dominus à Malazair, Ordinis S. Sepulchri Hierosolym. Eques.

Alcoranus & Arabico Gallicè versus, additis variorum glossis Geladini, Beidavi & aliis. Parisiis in 4. anno 1647.

Grammatica Turcica. Paris. 1633.

ANDREAS SAUSSAGIUS Parisinus ex Ecclesiæ SS. Ægidii & Lupi Pastore, Officialis Parisien-

ſienſis, Epiſcopus & Princeps Tullenſis.

ContinuatioBellarmini deScriptoribus Eccleſiaſticis, complexa Scriptores CXXI. uſq; ad annum 1609. Tulli Leucorum apud Laurentios 1665.

De myſticis Galliæ Scriptoribus, qui primâ Eccleſiæ Centuriâ floruerunt. Adjectus Tractatus polemicus de Apoſtolatu Gallico S. Dionyſii Areopagitæ. Pariſiis 4. Sumtib. Sebaſt. Gamoiſii anno 1639.

De S. Andreæ laudibus & gloriâ volumen. ib. 1656. fol.

Martyrologium Gallicanum. Paris. fol. 1637. cujus meminit Viſchius p. 6.

ANDREAS SILVIUS vulgò du Bois, Marchianenſis in Flandriâ Cœnobii Bened. Prior, obiit anno 1194. De Rebus geſtis & ſucceſſione Regum Francorum ex familiâ Merovingicâ Libri III. juſſu Petri Epiſcopi Atrebatenſis conſcripti: Cum Notis Raphaelis de bello Campo, ejuſdem Monaſterii Religioſi, titulo: *Synopſeos Franco-Merovingicæ*. Duaci 4. 1633. Typis Petri Bogardi.

ANGELUS à S. JOHANNE JC. & miles.

Antiparadoxorum juris civilis adverſus Andream Alciatum Monomachia paradoxis expedita ad Cardinalem Perrenotum. Opus item conſiliorum ad Senatum Mechlinienſem. Antwerpiæ ex offic. Ægidii Coppenii Dieſt. fol. 1563.

ANGELUS PACIUCHELLUS de Monte Politiano, Ordinis Præd. Lectiones Morales in Jonam Italicè. Latinas fecit Carolus à Marimont Clericus Regularis Theatinus Lotharingus. Additi ſunt diſcurſus morales de Paſſione Domini. Monachii Typis Joan. Jæcklini fol. 1672.

De colendâ Virgine Deipara ſeu exercitationes in Pſalmum LXXXVI. fol. Venetiis 1659.

De Patientiâ Tractatus Italicè. ibidem 4. 1661.

ANGELUS del PAS Perpinianenſis, Ord. Min. circa an. 1596. clarus. In Symbolum Apoſtolicum expoſitionis Tomus. Romæ in Typographia Vaticanâ 1596.

ANGELUS PORTENARUS Patavinus, Ord. Erem. S. Aug. Della felicita di Padoa Libri VII. Patavii 1623. in fol. apud Petrum Paulum Tozzi.

ANGELUS ROCHA Camers Ord. Erem. S. Aug. Epiſcopus Tagaſtenſis & ſacrarii Apoſtolici Præfectus.

De Campanis Commentarius. Romæ 4. 1612.

De Canonizatione SS. Tractatus. Ibid. 1610. 4.

Bibliothecæ Angelicæ omnium artium ac ſcientiarum generibus refertiſſimæ Catalogus. Romæ apud

pud Stephanum Paulinum Romanum Typographum 1608. 8.

Bibliotheca Apostolica Vaticana à Sixto V. Pontifice Maximo in splendidiorem & commodiorem locum translata, commentario variarum artium ac scientiarum materiis curiosis refertissimo illustrata. Romæ 1591. 4. ex Typographiâ Vaticanâ.

De sacrosancto Christi corpore Romanis Pontificibus iter facientibus præferendo Commentarius. Romæ 1599. 8. apud Gviliel. Facciottum.

Bibliotheca ex præcipuis tantùm quibusdam & gravioribus Theologis, quos Scripturales vocant, compilata. Romæ 1594. 4.

Index Librorum F. Angeli Rochensis. Romæ apud Guilielmum Facciottum 1611. 4.

ANGELUS SANGRINUS Abbas Casinensis, Obiit anno 1593. ætatis XCIII. V. de eo Placidum in auctario ad Petrum Diaconum de Viris Claris Casinensibus. Paraphrasis Lyrica Psalmorum Davidis. Basil. per Nicol. Episcopum. 4. 1561.

S. ANNÆ Legenda rara & & ideò cara, excusa Coloniæ anno 1510. per Martinum de Werdena.

ANNA MARIA Brunswicensis & Luneburgensis Ducissa, Marchionissa Brandeburgensis, Prussiæ Ducissa Speculum Principum in centum distinctum Regulas & præcepta ad Filium Albertum Fridericum Marchionem Brandeb. Ducem Prussiæ, idiomate Germanico. MS. eleganter. Opus hoc adservatur in Bibliothecâ illustris Domini Joan. Ernesti à Wallenrodt, Supremi Provinciæ in Prussiâ Magistri, dignum ut aliquando in lucem publicam prodeat.

ANNA MARIA à SCHURMAN virgo Batava, præclaris parentibus in ditione Coloniensi circa annum 1607. nata, divino ad varias artes ac scientias capessendas apto ingenio prædita, plurimas calluit Linguas, unde & novum sæculi miraculum a quibusdam vocata fuit. Vide Lud. Jacobum à S. Carolo in elogio ejus. Bartholinum de Luce p. 386. edit. ult. Vossium libro de philologiâ p. 14. Gassendum de Epicuro pag. 127. Anton. Clementium in vitâ Salmasii p. 9. Opuscula Hebræa, Græca, Latina, Gallica, prosaica & metrica. editore Fried. Spanhemio Trajecti ad Rhenum 1652. 8.

ANNIBAL CARO Commendatore, Vir plurimæ elegantiæ Spanhemio de Numis. p. 224.

Lettere familiari, Libris II. in Venetia appresso Bernardo Giunti è fratelli. 4. 1591.

De S. ANNONE Coloniensi Archiepiscopo, incerti Poetæ Rhytmus Teutonicus, ante Io-

aut circiter annos conſcriptus, ex veteri membranâ editus & animadverſionibus illuſtratus à Martino Opitio, prodiit Dantiſci ex offic. Andreæ Hünefeldii 1639. in 8.

ANSEGISUS abbas Cœnobii Lobienſis, Ord. S. Bened. circa annum 840. clarus.

Capitula ſive edicta, id eſt, Leges Francicæ Caroli M. Ludovici Pii, & Lotharii Impp. Libris IV. cum additionibus & gloſſario Petri Pithoei 1603. 8.

ANSELMUS BOETIUS Brugenſis Flander: Rudolphi II. Imp. Medicus.

Hiſtoriæ gemmarum ac lapidum Libri III. cum figuris. Hanoviæ Typis Wechelianis 1609. 4. & Lugduni Batav. additis Joan. de Laet & Theophraſti de eodem Argumento Libellis in 8. anno 1647.

ANSELMUS Cantuarienſis Epiſcopus anno 1093. electus. Vide Labbæum T. I. p. 84. Olear. p. 37. Opera omnia in IV. Tomos diſtributa, ſtudio Theophili Raynaudi Ceſpitellenſis è Soc. Jeſu. Lugd. fol. 1630. ap. Durantium.

ANSELMUS Gemblacenſis in Brabantia Cœnobii Monachus, Obiit anno 1137. Vide Magnum Chronicon Belgicum ad hunc annum apud Valerium Andream p. 60.

Continuatio Chronici Sigeberti Gemblacenſis ab anno 1112. ad annum 1135. prodiit Antwerpiæ 1608. 4. Typis Verdusſii.

ANSELMUS Monachus Franciſcanus ſub Maximiliano I. Imp. clarus. Deſcriptio terræ S. & urbis Hieruſalem. Typis excuſa Cracoviæ anno 1514.

ANSELMUS SOLERIUS Cemeliensis. De pileo cæteriſq; capitis tegumentis tàm ſacris quam profanis Liber, ad Petrum de Maridat. Lugduni 4. an. 1655. & deinde Amſtelod. cùm fig. æneis 1671. 12. Sumptibus Andreæ Friſii.

ANSILEUBUS Gothorum Epiſcopus. Gloſſarium ejus erutum ex veteri Codice Bibliothecæ Moyſacienſis, in quo multa Gothorum aliorumque populorum barbara Vocabula explicentur, vidiſſe ſe affirmat Philippus Jacobus Mauſſacus, præmiſſâ diſſ. Criticâ ad Harpocrationis Lexicon.

ANTHOINETTE BOURIGNON. Ejus dicta & ſermones collegit idiomate Belgico Chriſtianus de Cort Director Inſulæ Noordſtrant dictæ in Ducatu Holſatiæ, olim Paſtor Mechlinienſis ad S. Joannem, ſub titulo: Het Licht des Werelts in een ſeer waerhachtig Verhael van eene Bellegrimme Anthoinette Bourignon, næt eeuwig Land reiſende. t' Amſterdam by Pieter Arendtz 1671. 8.

ANTIGONUS CARYSTIUS

US sub Ptolomæo Lagida & Philadelpho clarus.

Historiarum mirabilium collectanea græcè cum Notis Joan. Meursii. Lugduni Bat. an. 1619.

ANTIOCHUS BRONDUS. Commentarius in Apocalypsim. Romæ anno 1621. in fol.

ANTONINUS DIANA Panormitanus, Clericus Regularis, coram Urbano VIII. & Innocentio X. Episcoporum examinator, & S. Officii Regni Siciliæ Consultor.

Opera omnia in IX. Volumina distincta, editore Martino de Alcolea Monacho Carthusiano. Lugduni 1667. in fol.

ANTONINI Florentini Chronicon Tomis III. emendatum & annotationibus illustratum per Joannem de Gradibus Basileæ 1491. apud Nicolaum Kesler.

M. Verus Aurelius ANTONINUS Imperator & Philosophus, obiit circa annũ Christi 180.

De iis quæ ad se pertinere censebat Libri XII. græcè cum versione latinâ, Variis lectionibus & Commentario perpetuo studio Thomæ Gatasceri Londinatis. Cantabrigiæ excudit Thomas Buck Academiæ Typographus anno 1652. in 4.

Græcè & Latinè ex editione Merici & Casauboni. Londini 8. 1643. cum Notis & emendationibus.

ANTONINUS LIBERALIS Μεταμορφώσεων συναγωγὴ sive Transformationũ congeries græcè cum versione emendatâ Guil. Xylandri curâ Abrahami Berkelii. Lugduni Bat. apud Dan. à Gaesbeck 1674. 12.

ANTONIUS AGELLIUS Episcopus Acernensis. Commentarius in Psalmos. Parisiis apud Josephũ Cottereau 1611. fol.

ANTONIUS ANDRADA Lusitanus è Soc. Jesu, anno 1624. è Regno Mogor in Regionem Tebeth iter suscepit, quâ expeditione simul Gangis & Indi fontes detecti, & plura rara observata teste Kirchero P. II. Chinæ illustratæ c. 2.

Nova detectio magni Cataji sive Regnorum Tebethi. Hispanicè. Matriti 1624.

Idem liber Italicè versus per Ægidium Longum. Neapoli 1627.

Polonicè per Fridericum Szembeck. Cracoviæ 1628.

Flandricè per Jacobum Dyckium Gandavi 1631.

Epistola de suo in Tibetum reditu anno 1624. Caparangvæ data, Italicè. Romæ 1628.

ANTONIUS ARANDA Monachus Hispanus, per multos annos Hierosolymis vixit.

Informatio Vera de Terrâ Sanctâ juxta statum in quo erat anno 1530. idiomate Hispanicô. Toleti in fol. anno 1550.

AN-

ANTONIUS AUBERIUS Parisinus, JC. & Advocatus Parlamenti patrii ac Consiliarius Regius. Histoire du Cardinal Duc de Richelieu Liv. VII. à Paris chez Antoine Bertier 1660 f.

Memoires pur l' histoire du Cardinal Duc de Richelieu, Tomis II. ib. eod. anno in fol.

Historia Generalis Cardinalium à tempore Leonis IX. sive anno æræ Chr. ML. ad nostram ferè ætatem V. Tomis. Parisiis primus quidem anno 1642. ap. Joan. Jost. Reliqui ab anno seq. 1643. apud Michaelem Solii.

De vitâ Card. Francisci Joyeusæi 1654. apud Robertum Denain.

ANTONIUS AUGUSTINUS Cæsaraugustanus, ex Alifano & Ilerdensi Antistite, Archiepiscopus Tarraconensis. Obiit anno 1574. Dialogorum de emendatione Gratiani Libri II. Tarraconæ 1586. 4. Iidem ex emendatione & cum annotationibus Stephani Baluzii. Parisiis anno 1672.

In antiquas Decretalium collectiones Notæ & emendationes. Parisiis apud Steph. Cramoisii 1609.

Dialogi XI. de Numismatibus priscis Græcis, Romanis & Hispanicis, deque antiquitatibus quæ in iis occurrunt, Hispanicè. Tarraconæ per Philippum Mey 1587. 4.

Iidem Italicè redditi per Dionysium Octavianum Sadam cum auctario. Romæ fol. 1592. apud Guil. Facciottum.

Iidem Latinè per Andream Schottum, qui unum adjicit de priscâ religione & Diis gentilium: in quâ editione icones Numismatum Jacobus Bizus æri incidit. Antwerpiæ 1617. fol. apud Henricum Ærtsium.

Bibliotheca Latina, Græca, mixta, MSS. Tarraconæ in 4. anno 1586.

ANTONIUS BOSIUS Romanus Roma Subterranea, opus posthumum Italicè, dispositum a Joanne Severano de S. Severino Ordinis congregationis S. Oratorii Presbytero. Romæ apud Guiliel. Facciottum 1632. in folio regali. vid. Paulus Aringhus.

Acta S. Cæciliæ. Romæ apud Steph. Paulinum 4. 1600.

ANTONIUS BRANDAONIUS Religiosus Cœnobii Regalis de Alcolaciâ in Regnô Portugalliæ, S. Theol. D. Philippi IV. Hispaniarum Regis, Historiographus.

Monarchiæ Lusitanicæ Tomi II. Bernardum Britum, de quo infra, excipientes. Ulissiponæ anno 1632. Vide Vischium p. 24.

ANTONIUS BUICIOLUS Biblia Toscana fol. Venet. 1541.

ANTONIUS à BURGUNDIA Ecclesiæ Cathedralis Brugensis Canonicus & Archidiaconus.

La-

Lapis Lydius sive Vanitas per Veritatem falsi accusata & convicta. Antwerpiæ Typis Cnobbari 1636. 4.

ANTONIUS CARACCIOLUS Ord. Clericorum Regularium.

Erchemperti sive Heremberti Diaconi Casinensis Epitomen sive potius auctarium ad Paulum Diaconum ad annũusq; 888. Lupi Protospatæ Chronicon, Falconis Beneventani, aliorumq; historias Notis illustratas edidit Neapoli in 4. anno 1626.

ANTONIUS del CASTILLO Bethlehemi in asceterio Franciscanorum Guardianus.

El devoto peregrino sive Itinerarium Hispanicè Madriti 1665. Meminit Wagenseilius in Observ. ad Librum Sota pag. 307.

ANTONIUS CORDUBA de Lara Judex in conventu Hispalensi. Commentarius in l. si quis à liberis atque ejus § §. ff. de liberis agnoscendis. Ubi de re alimentariâ agitur. Venetiis 1580. apûd Franc. Ziletum fol.

ANTONIUS CORNAZANUS Placentinus claruit an. 1490. Vita & obitus B. Virginis Deiparæ anno 1472. Vossius de Hist. Lat. p. 627.

ANTONIUS MARIA COSPI Magno Duci Hetruriæ à Secretis. Il Giudice Criminalista. Florentiæ. 1643. Axenius ad Phædrum p. 67. Librum vocat paucis notum.

ANTONIUS GABRIELIUS Romanus Sacræ aulæ Consistorialis Advocatorum Decanus & Fisci Apostolici Advocatus.

Communes Conclusiones, editæ à Mario Gabrielio filio, VII. Libris. Venetiis apud Marcum Amadorum f. 1570.

ANTONIUS GALLONIUS Congregationis Oratorii Presbyter.

Tractatus de instrumentis Martyrii & de variis modis, quibus gentiles in Christianos sævire consuevere. Italicè cum figuris æri incisis ab Antonio Tempesta Florentino. Romæ in 4. 1591.

Idem Liber editus Latinè à Raphaele Tricheto Parisiis 1659. in 4. additi sunt Hieronymus Magius de Eqvuleo & Justi Lipsii libellus de Cruce.

ANTONIUS de GHISLANDIS de Javeno, SS. Theologiæ Doctor, Ordinis Prædic. Inquisitor hæreticæ pravitatis, patriâ Taurinensis anno 1490. clarus.

Quæstionum decem millium super Evangelia totius anni Opus. Tomis II. Lugduni per Jannotium de Campis & Joannem de Vingle.

ANTONIUS GIGGEUS Mediolanensis, Sacræ Theologiæ & Collegii Ambrosiani in Patriâ Do-

Doctor. ThesaurusLinguæ Arabicæ ex scriptis Arabum collectus & in IV. Volumina divisus, auspiciis Emin. Card. Fried. Borromæi. Mediolani in Collegio Ambrosiano Typis Joannis Petri Ramellatii 1632. in fol.

Commentarii trium Rabbinorum in Proverbia Salomonis. ib. 4. 1620.

ANTONIUS le GRAND. Institutio Philosophica secundũ principia Renati Cartesii. Londini apud J. Martyn Regiæ Societatis Typographum 8. 1675.

Historia Naturæ variis experimentis & ratiociniis elucidata secundùm principia stabilita in Institutione Philosophica. ib. apud eundem 8. 1673.

De carentiâ sensus & cogitationis in brutis dissertatio. ib. apud eund. 1675. 12.

ANTONIUS MARIA GRATIANUS ex Sepulcro-Burgensi civitate in ditione Florentinâ oriundus, Episcopus Amerinus, Sixto V. à Latinis Epistolis.

De vitâ Joannis Francisci Cardinalis Commendoni Liber. Parisiis anno 1669. in 4.

ANTONIUS HERRERA Regius Philippi III. Indiarum & Castellæ historiographus.

Novus Orbis, sive descriptio Indiæ Occidentalis, metaphraste Gaspare Barlæo Amstelodami fol. 1622. apud Mich. Colinium. Addita est navigatio Jacobi le Maire.

ANTONIUS LUPIS. Vita Joannis Francisci Lauredani Senatoris Veneti. Venetiis 4. 1663. idiomate Italico.

ANTONIUS MACEDO Conimbricensis è Soc. Jesu.

Lusitania infulata & purpurata seu Pontificibus Romanis & Cardinalibus illustrata. Parisiis in 4. 1663. ap. Seb. Cramoisii & Sebastianum MabreCramoisii.

ANTONIUS MAIUS Brixiensis circa annum Christi 1515. vixit. Historiola de Spiritibus, qui apparuerant in Garda Veronensis diœcesis villa: Epistola itidem philologica, quæ simul prodierunt Brixiæ anno 1505.

ANTONIUS MASSA GALLESIUS ICtus. Informationes atque allegationes pro Dominis Abbatibus ex Congreg. Cassinensi, in causâ præcedentiæ in sacrâ Oecumenicâ Synodo Tridentinâ adversus Venerabiles DD. Canonicos Regulares Lateranenses. Venetiis ex offic. Jordani Ziletti in fol. anno 1563.

ANTONIUS MOLINETTUS Philosophus & Medicus Venetus. Dissertationes Anatomicæ & pathologicæ de sensibus & eorum organis. Patavii 4. 1669.

S. ANTONIUS Monachus Abbas Ægyptius, Magnus vulgò vocatus, circa annum 330. floruit & ad

& ad centum ac quinque annorum ætatem pervenit.

Epiſtolæ XX. ex Arabico Latinæ factæ per Abrahamum Echillenſem Maronitam è Libano. Pariſiis 8. 1641.

ANTONIUS MORNACIUS JC. Feriæ forenſes & Elogia illuſtrium Togatorum Galliæ ab anno 1500. Pariſiis apud Nicol. Buon. 1619. 8.

Priora ſive in XXIV. priores Digeſtorum, & in IV. priores Codicis Libros II. vol. ibid. 1656. in fol.

ANTONIUS MULDRAC Cœnobii de longo ponte, Ord. Ciſt. in Diœceſi Sueſſionenſi Prior, circa an. 1655. Chronicon Monaſterii ſui, in quo plura lectu digna contineri, nominatim Fundationem Prioratus Sancti Lazari, Ord. Ciſt. Vitam B. Joannis de monte mirabili, Converſionem & obitum Petri Cantoris & alia, refert Viſchius pag. 24. Prodiit anno 1652. Pariſiis Typis Joannis Besſin, propè Collegium Rhemenſe.

ANTONIUS NERUS Florentinus. De arte vitrariâ Libri VII. cum Obſervationibus ac Notis Chriſtophori Merretti, in quibus omne gemmarum artificialium, encauſtorum & laccarum artificium explicatur, additæ ſunt figuræ nonnullæ. Amſtelodami 12. 1668.

ANTONIUS de PADILLA y MENESES Hiſpanus, JCtus, anno 1562. Commentarii in quædam Impp. Reſcripta & JCtorum reſponſa. Venetiis apud Franciſ. Zilettum fol. 1580.

S. ANTONIUS de PADUA Ulyſſiponenſis, Ord. Minorum. Obiit anno 1231. Concordantiæ Morales SS. Bibliorum cum annot. editore Lucâ Wadingo. Romæ 4. apud Alphonſum Ciacconium anno 1624.

Opera varia, unà cum S. Franciſci Aſſiſiatis Opuſculis, Lugduni fol. 1653.

ANTONIUS PERSIUS Philoſophiæ & utriusque Juris Doctor, civis Romanus. Novarum poſitionum in Rhetoricis, dialecticis, Ethicis, Jure Civili, jure Pontificio adverſus Ariſtotelem Tractatus. Venetiis Typis Jacobi Symbaeni 1575.

ANTONIUS PINELLUS Menologium è Menæis Græcorum deſumptum, inque linguam Græcobarbaram translatum. Venetiis 1529.

ANTONIUS POSSEVINUS Mantuanus e Soc. Jeſu Sacerdos, nomine Gregorii XIII. Papæ variis legationibus, functus. Vide de eô Alegambe Bibliothecam Jeſuiticam. Obiit Ferrariæ anno ætatis 78 Sæculi hujus undecimo.

Apparatus ſacer ad Scriptores Veteris & novi Teſt. eorum in-

terpretes, Synodos, Patres Græcos & Latinos, horum versiones, Theologos Scholasticos, quique contra hæreses egerunt, Chronographos & historiographos Eccles. eos qui casus conscientiæ scripserunt, alios qui Canonicum Jus sunt interpretati, Poetas sacros, libros pios quocunque idiomate conscriptos Tomis II. in quibus plus minus octies mille auctores partim indicantur, partim expenduntur. Ad calcem Operis additi sunt Catalogi MSS. gr. & latinorum. Coloniæ apud Joan. Gymnicum an. 1608. in fol. Quæ editio reliquis præstat. Plura alia scripsit, quæ in dicto Apparatu ipse recenset, ubi legi possunt.

ANTONIUS RUSCA Mediolanensis Collegii Ambrosiani Doctor. De statu Dæmonum ante mundi exitium Opus. Mediolani 1621. ex Collegii Ambrosiani Typographiâ.

ANTONIUS SANTARELLUS Presbyter Societ. Jesu.

Tractatus de hæresi, schismate, apostasia, sollicitatione summi Pontificis: & de potestate Summi Pont. in his delictis puniendis, ad Sereniss. Principem Mauritium à Sabaudiâ Cardinalem. Romæ ap. hæredem Barthol. Zanetti 1625.

Censuram Libri hujus Facultatis Theologicæ Parisiensis vide apud Calixtum circa finem Operis de Conjugio Clericorum.

ANTONIUS SANTORELLUS Medicus & Philosophus Neapolitanus. De Naturâ Sanitatis Neapoli 1643. fol. Sunt Libri XXIV.

ANTONIUS SCAYNUS Salodiensis, Philosophus.

Paraphrasis in Aristotelem de Anima. Venetiis fol. 1599.

Paraphrasis in XIV. Arist. Libros de primâ philosophiâ. Romæ apud Barthol. Crassium f. 1587.

ANTONIUS â SOTO MAJOR Supremus Præses & in Regnis Hispaniarum, Siciliæ & Indiæ utriusque Inquisitor generalis.

Index Librorum prohibitorum & expurgandorum. Matriti ex Typographiâ Didaci Diaz in fol. anno 1667.

ANTONIUS VERDERIUS Dominus Vallis privatæ.

Bibliotheca Gallica sive index omnium Scriptorum & Librorum idiomate Gallico editorum. Lugduni f. ap. Bartholomæum Honorati 1585.

Supplementum Epitomes Bibliothecæ Gesnerianæ post Simlerum & Frisium: adjecta est Bibliotheca Constantinopolitana ib. apud eundem in fol. eodem anno.

Imagines Deorum, Ritus & Ceremoniæ in Religione Veterum Ethnicorum occurrentes, Gallicè. Lugduni apud Paulum Frellonium 1610. in 8.

AN-

ANTONIUS ZANTANUS Comes & Eques Italus.

Primorum XII. Cæsarum verissimæ imagines ex antiquis Numismatibus desumptæ, additâ brevi cujusq; vitæ descriptione. Romæ 4. 1614. apud Jacobum Mascardum.

ANTONIUS ZAPATA S.R.E. Card. tit. S. Balbinæ & in consilio Supremi Senatus Inquisitor Generalis.

Novus Index librorum prohibitorum & expurgatorum. Hispali anno 1631. in fol.

ANTONIUS ZARA Episcopus Anatomia ingeniorum & scientiarum. Venetiis 4. 1615.

ANTONIUS ZENUS Venetus. De naturâ humanâ & Embryone Liber ad Senatum Venetum. Venetiis anno 1491.

APOLLINARIUS Laodicenus Episcopus circa annum 365. clarus. Interpretatio Psalmorum versibus græcis heroicis, græcè & lat. ex recensione Friederici Sylburgii, ex Typographiâ Hieron. Commelini anno 1596. 8.

APOLLODORUS Grammaticus Atheniensis sub Ptolomæo Physcone clarus. Vide Vossium de Hist. Gr. Lib. I. cap. 21.

Bibliotheca sive de Deorum origine Libri III. græcè & lat. ex emendatione Hieronymi Commelini 8. 1599.

Eadem græce & latinè cum notis Tanaquil Fabri. Salmurii 8. 1661.

APOLLONIUS DYSCOLUS Historia commentitia græcè cum interp. & observationibus Joan. Meursii. Lugd. Bat. 1619. 4. Plura de eo dicam in Syntagmate de Claris Bibliothecariis, eorumve scriptis propediē finē accepturo.

APOLLONIUS PERGÆUS Archimedis æqualis, nobilis Mathematicus. Conicorum Libri VIII. cum Notis Claudii Richardi Mathematum Professoris Regii in Academia Mantuanâ Carpetanorum Antwerpiæ apud Hieron. Verdussen f. 1653.

Libri III. desiderati hactenus ex Arabico Latine redditi ab Abrahamo Echillensi, cum paraphrasi Abalphati Asphahanensis & Notis Alphonsi Borelli Florentiæ fol. 1661. Typis Josephi Cochini. Additus est Archimedis Liber assumptorum è Codice MS. Sereniss. Ducis Hetruriæ.

APOLLONIUS RHODIUS sub Ptolomæo Evergete fuit. Patriâ Alexandrinus, sed Rhodius dictus, quod ibi diu vixisset. Vide Vossium de H.G.L. l.c. 16. Argonauticôn Libri IV. cum vetustis scholiis græcis, sic ut integer textus, litteris majusculis græcè exhibeatur, Florentiæ fol. 1496. quæ editio, judicio Bœcleri de scriptoribus libellô nuperrimè edito, inter ornamenta Bibliothecarū custoditur meritò. Iidem gr. & lat. cum

antiquis Scholiis & observationibus Jeremiæ Heltzlini. 8. Leydæ 1641. ap. Eltzevirium.

APOLLONIO TYRIO quæ contigerunt, narratio incerti Scriptoris Latini vel interpretis, quem eundem cum Symposio ænigmatum, Scriptore existimabat Barthius Lib. LVIII. adversf. cap. 1. edita est ex membranis vetustis cura Marci Velseri Augustæ Vindelicorum anno 1595. & rarissime amplius reperitur.

APONIUS floruit circa annum 680. vide Labb Tomo I. de Scrip. Eccl. p. 100.

Commentariorum in Canticum Canticorum Libri VI. ex edit. Joannis Fabri Emmei Juliacensis. Friburgi anno 1538.

APPIANUS Alexandrinus sub Trajano, Hadriano & Antonino Pio Impp. floruit. Vide de eo Vossium L. II. c. 13. de H. Gr. Quæ ejus supersunt historica ex emendatione Henrici Stephani & Alexandri Tollii nuper in 8. 2. Vol. Amstelodami an. 1670. prodierunt.

L. APPULEIUS Afer patriâ Madaurensis, sub Antoninis Impp. clarus, Philosophus Platonicus. Opera omnia: de philosophia naturali; morali; de Syllogismo Categorico: de Deo Socratis: de Mundo libelli versio: adlocuta ad Asclepium versa ex Hermete Trismegisto: Metamorphoseωn Libri XI. Oratio apologetica: Florida, cum Geverharti Elmenhorstii Observationibus & glossariô, curâ Joan. Loccenii. Francofurti ex officina Wecheliana 1621. 8.

Apologia seorsim cum Observ. Joan. Meursii. Lugduni Bat. 1607.

Eadem cum Notis Joan. Pricæi. Parisiis 4. 1635.

Eadem cum Notis If. Casauboni 4. 1594.

De aureo asino Libri cum animadversionibus Joan. Pricæi. 8. 1650. Goudæ.

ARATUS Solensis Poeta Græcus, circa Olymp. 126. clarus. Phænomena cum Germanici Cæsaris metrica versione, Ciceronis item & Rufi Festi Avieni interpretationibus, additis iconismis asterismorum ex antiquo MS. curâ Hugonis Grotii Lugduni Bat. Typis Christophori Raphelengii 1660. 4.

ARCHANGELUS CARACCIA Italus de Ripalta montis ferrati: De Vitâ Pii V. Pontificis M. Liber. Papiæ apud Jacob. Ardizzonum. 1615.

ARCHANGELUS GIANIUS Florentinus. Annales servorum Ord. B. Mariæ Virginis. Florentiæ anno 1618. fol.

ARCHANGELUS HASTIVILLIUS. Romualdina sive Eremitica Ordinis Camaldulensis historia. Parisiis apud Seb. Cramoisii 8. 1631.

AR-

ARCHIBALDUS SIMSONIUS Scotus, Ecclesiæ Dulketensis Pastor. Hieroglyphica animalium quæ in S. Scripturâ repeπiuntur. Edinburgi 4. 1622.

ARCHIMEDES Syracusanus, circa Olymp. 142. clarus.

Opera Mechanica: Circuli dimensio: de lineis spiralibus: De quadraturâ paraboles: de Conoidibus & sphæroidibus: de numerô arenæ græce & lat. cum Comm. Davidis Rivaltii à Flaurentiâ fol. Parisiis anno 1646.

ARCULPHUS de locis sacris Librum scripsit quem Manu exaratum possidere, ineditum hactenus Cl. Salmasium, testis est Bartholinus de armillis pag. 6.

ARETÆUS CAPPADOX Medicus, sæculo post Christum primo clarus. Opera: Aitiologica, Simeiotica & Therapevtica, græcè & lat. cum MSS. Codicibus collata, & Com. illustrata à Georgio Henischio Medico Augustano. Augustæ 1603. apud Joan. Prætorium.

ARISTÆNETUS Rhetor Nicænus Libanio συγχρονος.

Epistolarum amatoriarum Libri II. græce cum int. Latinâ & Notis Josiæ Merceri Parisiis apud Simeonem Piget 1639. 8.

Æl. ARISTIDES Sophista sub Antonino Pio & M. Aurelio clarus. Vossius de Naturâ Rhetorices cap. XII. Orationes græcè & Latinè Tomis III. editore Guil. Cantero 8. 1608.

ARISTOBULUS APOSTOLIUS Hierodiaconus. Galeomyomachia sive felium & murium pugna carmine græcè, unà cum Æsopi fabulis Venetiis apud Joan. Farreum 8. 1542.

ARISTOPHANES comicus, Socratis æqualis. Comœdiæ XI. quorum nomina suntPlutus: Nubes: Ranæ. Eqvites: Vespæ: Acharnenses: Aves: Pax: Concionantes: Cerealia celebrantes: Lysistrata. Græcè & latinè cum scholiis antiquis, curâ Odoardi Bisceti. Aureliæ Allobrogum 1607. fol.

ARISTOTELES Summus Philosophus, sub Philippo M. filioque ejus Alexandro Magno clarus. Opera omnia græcè & latinè ex emendatione If. Casauboni II. voluminibus. Lugduni ap. Guiliel. Læmarium anno 1590. in fol. Quæ editio omnium est præstantissima.

Historia animalium gr. & lat. cum annot. Julii Cæs. Scaligeri, curâ Jacobi Phil. Maussaci. Tolosæ 1619.

Opera omnia græcè & latinè in IV. Tomos digesta, Guilielmus du Vallius Regis Christianissimi Medicus & Consiliarius recognovit, disquisitionibus & Notis illustravit. Parisiis apud Joan. Billaine Simeonem Piget & Federicum Leonard 1654. in fol.

ARI-

ARISTOXENUS Tarentinus Ariſtotelis auditor. Vide de eo Voſſium de H. G. Lib. I. cap. 9. Elementorum harmonicorum Libri III. græcè, cura Joan. Meurſii. Lugd. Batavorum 4. 1616.

ARNOBIUS Afer, Siccæ in Numidiâ Rhetoricæ Profeſſor circa annum 297. clarus. Vide de eo Poſſevinum T. I. p. 117. Labb. T. I. p. 105. Olearium pag. 48.

Libri VII. adv. Gentes cum Notis Geverharti Elmenhorſtii Hamburgi fol. 1610.

Iidem cum Notis, animadverſionibus & Comm. Theodori Canteri, Godeſcalci Stewechii, Gev. Elmenhorſtii & Deſiderii Heraldi. Lugd. Bat. 4. anno 1651.

ARNOLDUS BOSTIUS Carmelita cœnobii Gandenſis circa annum 1500. claruit.

Libri II. de claris Viris Cartuſienſibus, cura Theodori Petræi, unà cum duobus Libris de vitâ Cartuſianâ Petri Sutoris. Coloniæ 1609. in 8. ap. Bernardum Gualtherum.

De Viris illuſtribus Ord. Carmelitarum MS. apud Ludovicum Jacobum à S. Carolo teſte Labbæo Bibl. Biblioth. p. 20.

ARNOLDUS Abbas ad D. Joannem in urbe Lubecenſi, Ord. S. Benedicti Monaſterii, ſub Othone IV. clarus. Chronici Helmoldi Presbyteri continuatio ad annum uſque 1209. cum Notis Henrici Bangerti extat Helmoldo adjuncta.

ARNOLDUS MERMANNUS Aloſtanus Flander, Ordinis Minorum, Lovanii in Cœnobio Ord. ſui Profeſſor.

Theatrum converſionis gentium ſive Chronologia vocationis omnium populorum ad Religionem Chriſtianam. Antwerpiæ in 8. 1573. apud Plantinum.

ARNOLDUS RAISSIUS Duacenſis, in D. Petri Canonicus.

Auctarium ad Natales SS. Belgii Joan. Molani. Duaci 1626. 8.

Hierogazophilacium Belgicum: de reliquiis ſacris in Belgio. ib. 1628. 8. Origines Cartuſiarum Belgii. ib. 1632. 4.

Belgica Chriſtiana: de Epiſcopis Provinciæ Belgicæ. ib. 1634. 4.

ARNOLDUS WION Duacenſis Monachus S. Benedicti Congregationis Caſſinenſis. Vide Andream p. 89.

Lignum Vitæ Libris V. ſive Elogia clarorum Ordinis ſui Scriptorum, Virorum item ſanctitate illuſtrium. Venetiis 1595. 4. Tomis II. apud Georgium Angelerium.

ARNULPHUS Normannus, Lexovienſis in Neuſtria Epiſcopus circa annum 1180. Vide Sanmarthanos in Gallia Chriſtianâ ap. Olearium p. 51.

Opera varia e MS. codice Odonis

nis Turnebi, Hadriani filii, editore Claudio Minoe. Parisiis 1585.

ARRIANUS Nicomediensis, Epicteti discipulus, Philosophus & historicus, sub Hadriano Imp. clarus.

Libri IV. super dissertationes Epicteti græcè cum interp. latinâ Hieronymi Wolffii & annotat. Cantabrigiæ 8. 1655.

Libri VIII. de expeditionibus & rebus gestis Alexandri M. græcè cum versione Latina Bonav. Vulcanii: editore Nicolao Blancardo, qui recensuit & Libros VIII. animadversionum adjecit. Amstelodami 8. 1668. apud Waesbergium.

ARRIANI junioris Atheniensis de venatione & curâ canum Tractatum, editum habemus curâ Lucæ Holstenii Hamburgensis. Parisiis 4. anno 1644. apud Sebastianum & Gabrielem Cramoisios.

ARTEMIDORUS Ephesius, materno genere Daldianus (quæ Lydiæ Urbs est) temporibus Antonini floruit. Oneirocritica sive de Somniorum interpretatione Opus græcè cum interp. & Notis Nicolai Rigaltii. Lutetiæ Parif. Typis Claudii Morelli 4. 1603.

ASCANIO CONDIVO de la ripà Transone. Vita di Michelagno la Bugnarroti, Romæ 4. 1553. Raph. Trichetus circa finem vitæ Leonardi da Vinci.

ASCANIUS MARTINENGUS Glossa magna in Genesin. Patavii anno 1597.

Asterius Episcopus Amaseæ in Ponto. Homiliæ de divite & Lazaro. 2. de Oeconomo iniquitatis. 3. adversus avaritiam. 4. in Festum Kalendarum 5. De dimissione uxoris, ex Bibl. Card. Columnæ erutæ & Latinè versæ per Philippum Rubenum græcè & lat. cura Joan. Brantii Antwerpiæ ap. hæredes Joan. Moreti in 4. an. 1651.

S. ATHANASIUS Ecclesiæ Alexandrinæ Episcopus, obiit anno 373. Vide de eo Possevinum p. 123. Bellarminum p. 72. Rivetum Critico sacro L. III. cap. 4. seq. Sixtum p. 290. Labb. T. I. p. 113. Opera omnia græcè & lat. ex emendatione Petri Nannii Tomis II. Paris. fol. 1627.

Athanasius Kircherus Fuldensis Buchonius, Soc. Jesu Presbyter & in Collegio Rom. Mathematum Professor. Vidi ex Operibus ejus sequentia.

De arte Mathematicâ Opus tripartitum. Coloniæ Agrip. 1643. 4. apud Jodocum Kalcovium.

Oedipi Ægyptiaci Tomos IV. quorum I. inscribitur Templum Isiacum: II. Gymnasium Ægyptiacum. III. Classes variarum artium Ægyptiis usitatarum. IV. Theatrum Hieroglyphicum Romæ fol. 1652. 53. & 54. ex Typographia Vitalis Mascardi.

Obeliscum Pamphilium quo opere continetur interpretatio nova & huc usque intentata Obelisci Hieroglyphici, quem erexit Innocentius X. Pontifex M. Romæ Typ. Lud. Grignani 1650. f.

Musurgiam sive artem magnā Consoni & dissoni, quâ Musicæ Theoricæ & practicæ scientia traditur: Consonique & dissoni, vires, effectusve mirabiles in naturâ demonstrantur Tomis II. Typis ejusdem 1650. fol.

Mundi subterranei Tomos II. quibus universæ Naturæ Majestas & divitiæ summâ rerum varietate exponuntur, abditorumque effectuum causæ in totius naturæ ambitu demonstrantur. Amstelodami apud Joan. Jansonium à Waesberge & viduam Elizæi Weyerstraaten fol. annis 1664. & 1665.

Artem magnam sciendi in XII. Libros digestam, quâ nova & universali methodo per artificiosum combinationum contextum de omni re propositâ plurimis & propè infinitis rationibus disputari, omniumque summaria quædam cognitio comparari potest. Amstelodami apud eosdem in fol. anno 1669.

Chinam monumentis quà sacris, quà profanis nec non variis naturæ & artis spectaculis aliarumque rerum memorabilium argumentis illustrata, ad Joan. Paulum Olivam Præpositum generalem Soc. Jesu. Amstel. apud Jacobum à Meurs in fol. anno 1667.

Principis Christiani archetypon politicum, sive sapientiam regnatricem, quam Regiis instructam documentis ex antiquo Numismate Honorati Joannii Caroli V. & Philippi II. Impp. aulici, Caroli Hisp. Principis Magistri, nec non Oxumensis Ecclesiæ Antistitis, Symbolicis obvelatam integumentis, Reipublicæ litterariæ evolutam exponit Ath. Kircherus. Amstelodami cum fig. æri incisis ap. Waesbergium 4. 1672.

Obelisci Ægyptiaci annô præterito inter rudera Minervæ effossi interpretationem hieroglyphicā. Romæ fol. 1666.

ATHANASIUS de LOBERA S. Theol. Doctor, antiquissimi Cœnobii Montis Ramorum in Galetiæ Regno Ord. Cist. Monachus, Philippi II. Regis Hisp. historiographus.

Chronologia Regum Hispaniæ ad Philippum II. Vallisoleti apud Corduvas 1602.

Vitæ SS. Froilani Legionensis & Atilani Zamorensis Episcoporum. ib. 1598. apud eosdem.

ATHANASIUS Rhetor Byzantinus. Ejus Tractatus tres Parisiis anno 1641. Græcè & latinè excusi sunt.

ATHELARDUS sub Henrico I. Rege Angliæ clarus, primus ex Arabicô Euclidis elementa latinè reddi-

reddidit, cujùs versionis exemplar se adservare ait Seldenus ad periocham Eutychii pag.156.

AVHENÆUS Naucratita Grammaticus, sub M. Antonino Vero Pertinace & Severo clarus. V. Vossium L. II. cap. 15.

Deipnosophisticon sive sermonumConvivalium Libri XV.græcè & latinè ex recensione & emendatione If. Casauboni: versio est Jacobi Dalechampii, cujus quoque Notæ accedunt, apud Commelinum 1611.fol. Commentarius vero ejusdem Casauboni in Athenæum prodiit Lugduni apud viduam Antonii de Harsy & Petrum Ravaud fol. 1621.

AUGUSTINUS de ANCONA verô nomine Triumphus, Ord. S. Augustini circa annum 1300. floruit. Obiit autem anno 1328.

Commentarius in Orationem Dominicam, salutationemAngelicam & Magnificat, editore Angelo Rocha. Romæ 1590.

AUGUSTINUS FIVIZANIUS, S. Palatii Apostolici Sacrista. De ritu Sanctam Crucem Romanis Pontificibus præferendi. Romæ anno 1592.

AUGUSTINUS GAMBARELLUS Mediolanensis. Oppositorum ex Plauto, Terentio, Cæsare & Cicerone Libri. Mediolani apud hæredes Pacifici Portii & Joan. Bapt. Piccaleum in 4. 1606.

AUGUSTINUS OREGIUS. De Angelis Tractatus.4. Romæ anno 1632.

AUGUSTINUS de QUIROS Illigurritanus (quæ civitas hodie Andujan vocatur) Nobilis, è Societate Jesu. Obiit Mexici an.1622.

Commentarii exegetici in Canticum Moysis, Nahum, Malachiam, Epistolas ad Colossenses, Jacobi, Judæ. Hispali fol. 1622.

AUGUSTINUS Ticinensis, Canonicus Congreg. Lateranensis circa annum 1500. clarus.

Vita B. Monicæ: Elucidarium Ordinum Religiosorum, Brixiæ anno 1511. Vide Vossium Lib. III. capite 3. de Hist. Lat.

Quædam etiam edidit Basilius Serenius Mediolani anno 1603.

Sereniss. AUGUSTUS Brunswicensis & Lunæburg. Dux, sub GUSTAVI SELENI nomine edidit.

De lusu Schaccorum Opus sermone vernaculô, Libris IV. quibus additur vetustus Liber Rhytmomachia dictus. Lipsiæ anno 1616. fol. Hodie raro reperitur.

Cryptomenitices & Cryptographiæ Libri IX. in quibus Steganographiæ Trithemianæ enodatio traditur, idiomate Latino. Lunæburgi anno 1624. in fol.

AVICENNA aliàs Ibn Sina, patriâ Bocharensis, ex Provinciâ Usbeck, circa annum Hegiræ 390. clarus. Obiit annos natus LVIII. Vide Pocockii Specimen Arabicum pag.362.

Canonis Medicinæ Libri V. Arabicè: addita sunt opuscula Logica, Physica, & Metaphysica. Romæ in Typographiâ Medicéa anno 1593. in fol.

Quædam ejus latinè reddidit & scholiis illustrata evulgavit, Vopiscus Fortunatus Plempius Medicus Lovaniensis. Lovanii in fol. anno 1658.

M. Aurelius Cassiodorus Senator, Consul Romanus an. Christi 514. solus.

Opera omnia cum Observationibus Petri Brosſei. Aureliæ Allobrogum 1622. in 8.

Eadem cum Notis Petri Brosſei & Guilielmi Fornerii Antecesſoris Aureliensis. Genevæ 4. apud Philippum Gamonetum 1650.

M. Aurelius Olympius Nemesianus. Opuscula, Bucolica & de venatione cum Notis Gasp. Barthii unà cum Gratio, Hanoviæ in 8. anno 1613. & cum Notis Jani Vlitii Lugduni Bat. 1653. in 12.

AUXILIUS Presbyter. Vide de eo Marum ad Petrum Diaconum p. 24. qui varia ejus Scripta enumerat, quæ in Bibliothecâ Monasterii Casinensis MS. adservantur, & inter illa Etymologicum, librum egregium & vetustissimum.

AYMO CRAVETTA à Saviliano, ex nobilissimâ familiâ Genoliâ oriundus. Consilia sive responsa Juridica P. II. Venetiis ap. Nicolaum Bevilacquā 1568. fol.

AZONIS Summa aurea cum annotationibus Hieronymi Gigantis, editore Pandulpho Pratejo Augustobucconiâ JCto. Lugduni fol. maj. Typis Petri Fradin anno 1557.

B.

BALDERICUS Aurelianensis circa annum 1100. Abbas Burguliensis, posteà Archiepiscopus Dolensis in Britanniâ Aremoricâ.

Historiæ Hierosolymitanæ Libri IV. Hanoviæ anno 1611. curâ Jacobi Bongarsii, in Opere cui titulus: *Gesta Dei per Francos.*

BALDERICUS Ecclesiæ Tornacensis Episcopus, obiit anno 1112. Confer Vossium de H. L. lib. II. c. 47. Chronicon Ecclesiæ Cameracensis & Atrebatensis Libris III. curâ Georgii Colvenerii Duacensis Theologi. Duaci anno 1615.

Balthasar Bonifacius Rhodiginus, Orator & Poeta primùm Patavinus, deinde juris civilis in Venetorum Gymnasio interpres, demumque Archidiaconus Tarvisinus.

Historia ludicra 4. Venetiis anno 1652.

De Romanæ historiæ Scriptoribus quadraginta capita. Ib. 1627. 4. apud Antonium Pinellum. Contarena. Venetiis 1623. 4. De archivis Liber singularis 4. Venet. 1632.

M. Ban-

M. BANDINUS. Sententiarum Theologicarum Libri IV. Viennæ anno 1519. editore Benedicto Chelidonio, inscripti Sigismundo Abbati Medlicensi. Vide de ætate ejus & furtis ex Petro Lombardo, nisi potius Lombardus Bandinum exscripserit, Thomasium de plagio litterario. §. 493. seq.

BAPTISTA SACCHUS à vico in quô natus, vulgò PLATINA dictus. Plura de eo in Syntagmate de Cl. Bibliothecariis adferam. Historia inclytæ Urbis Mantuæ & Serenissimæ familiæ Gonzagæ in Libros VI. divisa, & Francisco Gonzagæ Cardinali Mantuano dedicata, ex Bibliothecâ Cæsareâ Vindobonensi edita & animadv. illustrata à Petrô Lambeciô Vindobonæ Typis Matthæi Cosmerovii anno 1673. excudi cœpta.

S. BARNABAS, D. Pauli Apostoli Comes. Vide de eo omnes illos qui de Scriptoribus Eccl. scripserunt. Epistola unica gr. & latinè cum Observationibus Hugonis Menardi Monachi S. Mauri. 4. Paris. 1645.

BARNABAS KEARNAEUS Cassellensis Hybernus è Soc. Jesu. Heliotropium sive conciones tam de Festis, quàm de Dominicis, quæ in Solari totius anni circulo occurrunt, adjectis in fine concionibus de sacerdotio & Morte. Lugduni sumtibus Antonii Pillehotte, 1622, 8.

BARNABAS de MONTALDO Ord. Cist. Monachus, in Monasterio Montis Syon propè Toletum. Chronicorum Cisterciensium Libri V. Madriti in fol. anno 1602. apud Ludovicum Sanchez.

BARTHOLOMAEUS ALBICII Pisanus Ordinis Minorum anno 1386. clarus. Vide Labbæum T. I. p. 175. de Script. Eccles.

Conformitates Vitæ B. Francisci, cum Vitâ Christi: cum præfatione Francisci de S. Columbario Ord. Minorum Provinciæ Mediolanensis Vicarii. Mediolani ap. Gotardum Ponticum 1510. fol. vidi editionem hanc inter Libros à Serenifs. Principe Boguslao Radzivilio gloriosæ mem. Bibliothecæ Electorali Regiom. legatos.

Eædem editore Jeremia Buchio Utinensi, Bononiæ apud Alex. Benatium anno 1590.

BARTHOLOMAEUS de las CASAS Hispanus, Ordinis S. Dominici Monachus & deinde Episcopus Chiapensis in Indiâ. Vide Angelum Mariam Verricellum de missionibus Apost. quæst. 182. tit. 13.

Descriptio regni Peruani & rerum ab Hispanis in eodem gestarum linguâ maternâ. Hispali 1552.

BARTHOLOMAEUS CASSIUS è Societate Jesu. Vitæ Domini nostri Jesu Christi & B. Mariæ Illyricè. Romæ 8. anno 1638.

BARTHOLOMAEUS CHASSANAEUS Burgundus, apud Aquisextienses in

ſes in Senatu Decuriæ Præſes.

Catalogus gloriæ Mundi. Auguſtæ Taurinorum apud Albertum de Bella Gamba 1617.fol.

BARTHOLOMAEUS COCLES Bononienſis. Commentarius phyſico-chiromanticus. 8. Argentorati anno 1534. Integrum hunc librum convaſaſſe & in Opus ſuum Mathematicum transtuliſſe Joannem Taiſnerum plagiarium inſignem teſtis eſt Naudæus Bibliogr. Politicæ pag. 121.

BARTHOLOMAEUS FACIUS Genuenſis, Laurentii Vallæ æmulus teſte Voſſio de Hiſt. L. III. cap.5.

De humanæ Vitæ felicitate liber ad Alphonſum Aragonum Regem, è MSS.codd. edidit Marquardus Freherus cum præfatione & Notis Hanoviæ 1611. Sed non primus ut loco cit. Voſſius putat, cum jam anteà Antwerpiæ in 8. anno 1566. prodierit.

BARTHOLOMAEUS FISEN Leodienſis, è Soc. Jeſu.

De primâ origine Feſti Corporis Chriſti, ex viſo S. Julianæ Virg. divinitus oblato, deque vitâ Julianæ. Leodii 1628. 8. Typis Joan. Ouwerx. Hiſtoria Eccleſiæ Leodienſis fol. Leodii 1642. typis Joan. Tournay.

BARTHOLOMAEUS FONTIUS familiaris Regis Mathiæ Corvini & Bibliothecarius. Opuſcula varia, inter quæ vita Pauli Chiaceti. Francofurti an. 1621.

BARTHOLOMAEUS de GALEOTTIS Bononienſis. De viris illuſtribus Bononienſibus Libri IV. Italicè Ferrariæ apud Victorium Baldinum 1590. 4.

BARTHOLOMAEUS GAVANTUS Mediolanenſis, Præpoſitus Provincialis Romanus Congreg. Clericorum Regularium S. Pauli vulgò Barnabitarum & S. Romanæ rituum Congregationis Conſultor.

Theſaurus Sacrorum Rituum ſive Commentarius in rubricas Miſſalis & Breviarii Romani. Tomis II. quorum prior Urbano VIII. Poſterior verò Franciſco Barberino inſcriptus eſt. Pariſiis 1640. 4. apud Jo. Joſt.

BARTHOLOMAEUS PETRUS Lintrenſis Brabantus in Academ. Duacenſi Profeſſor S. Theol. atq; ad D. Amatum Canonicus. Obiit anno 1630.

Commentarius in Acta Apoſtolorum. Duaci 1622. 4. typis Petri Borremans.

Vincentii Lirinenſis contra hæreſes libellus: cum Notulis & diſſertatiuncula apologeticâ de Vincentio, ejusque ſcriptis. ibid. typis Marci Wion 1611. 12.

BARTHOLOMAEUS PONTZE Religioſus Cœnobii S. Fidei, Ord. Ciſt. in Arragonia, juxta Cæſar-Auguſtam. Obiit anno 1582.

Clara Diana, de D. Virginis lau-

laudibus, Liber oppositus, Georgii de monte majori, Amoribus Dianæ. Cæsar-Augustæ an. 1581.

Ostium patens inexcusabilis mortis. ibid. anno 1577.

BARTHOLOMAEUS de UNCKEL. Cordiale IV. Novissimorum. Coloniæ anno 1483.

BASILIUS LOPEZ Vallis Ecclesiarum, Ord. Cist. in novæ Castellæ regno, Monachus.

De mysteriis S. Crucis, & de viâ quam vocant Sacram Liber. Madriti anno 1661.

BASILIUS MAGNUS Episcopus Cæsariensis. Obiit anno 378.

Opera omnia græcè & lat. Tomis III. Parisiis fol. 1638.

Eadem germanicè reddita, curâ Schweichardi Comitis Helffensteinii adornata. Ingolstadii fol. anno 1591.

BASILIUS Minor, Magni illius respectu vocatus, Episcopus itidem Cæsariensis in Cappadocia. In Gregorii Naz. Orationes scripsit ἐξηγήσεις, ex quibus fragmenta quædam adferunt Seberus ad Pollucem pag. 99. & 105. Salmasius ad pallium Tertull. p. 18. edit. Paris. & Cyrillus in Lexico. Vide Colomesii Cimelia litter. cap. 16.

BASILIUS de MOLINA Religiosus Monasterii Hortensis in Hispania, S. Theol. D. Obiit anno 1617.

De immunitate Ecclesiasticâ Liber unus. Madriti in fol. anno 1607.

BASILIUS SELEUCIÆ in Isauriâ Episcopus circa annum 451.

Opera omnia græcè & lat. cum versione Claudii Dausquei. Sunt autem Orationes LXIV. & de vitâ Theclæ Martyris Libri II. quos interpretatus est & Notis illustravit Petrus Pantinus. Prodierunt unà cum Gregorio Neocæsariensi. Parisiis fol. 1622.

BASILIUS de SERENIIS. Ethicus Stylobates sive Elogium Familiæ Borromæorum. Mediolani 1618.

BENEDICTUS de ACCOLTIS Aretinus, Natus an. 1514.

Libri IV. de bello à Christianis contra barbaros gesto pro Judæâ & sancto Christi Sepulchro recuperando, cum emendat. & Notis Thomæ Dempsteri. Florentiæ 1623. ap. Zenobium Pignonium.

BENEDICTUS de ALARCON Abbas antiquissimi Monasterii Morerola, Ordinis Cist. in Hispania, diœcesis Zamorrensis.

Theatrum virtutum. Vallisoleti in 8. apud viduam Francisci de Corduâ anno 1622.

BENEDICTUS ANANIENSIS Abbas, Ord. S. Benedicti circa annum 820. clarus.

Codex Regularum quas Sancti Patres Monachis & Sanctimonia-

nialibus præscripsere, in tres partes divisus. Prior continet Regulas Patrum Orientis ut S. Antonii, Macarii, Pachomii &c. Secunda Patrum Occidentis ut S. Benedicti, S. Columbani &c. Tertia Regulas pro Clericis aliorum Patrum ut S. Augustini, S. Cæsarii. Adjecti sunt Tractatus quidam Ascetici S. Athanasii, S. Basilii, & S. Paulini, quorum maxima pars non extat in eorum Operibus, collecti ab eodem Abbate. E MSS. omnia eruit & primus Romæ edidit Lucas Holstenius Bibliothecæ Vaticanæ Præfectus: cujus dissertatio accedit, sive potius fragmentum, de origine Monastici instituti. Parisiis Typis Lud. Billaine, excusum denuò Opus hoc anno 1664.

BENEDICTUS BALDUINUS Ambianensis. De calceo antiquo & rustico Tractatus. Parisiis 1615. 8. & Amstelodami cum fig. æri incisis apud Frisium anno 1669. in 12.

BENEDICTUS BLANCUCCIUS Romanus, S. Theol. & Linguæ S. in Gymnasio Romano Professor. Institutiones Grammaticæ Linguæ Sanctæ. Romæ 1606.

BENEDICTUS BORDON Patavinus, obiit anno 1521. teste Leandro in Italiæ Descriptione. Isolario sive descriptio Insularum universi Orbis. in Vinegia fol. 1547. Italice.

BENEDICTUS CAPRA Perusinus JCtus anno 1480. claruit.

Consilia sive Responsa Juridica. Venetiis fol. apud Barthol. Rubinum 1576. Conclusionum, Regularum, Tractatuum & communium Opinionum Volumina II. curâ D. Desiderii Guidonis Asculani utriusque juris D. Venetiis 1568. per Cominum de Tridino in fol.

BENEDICTUS CERUTUS Medicus. Descriptio Musei Francisci Calceolarii: cui nonnulla addidit Andreas Chioccus. Prodiit pluribus æri incisis figuris exornata. Veronæ anno 1622. in fol. apud Angelum Tanum.

BENEDICTUS CURTIUS Symphorianus, Eques in Ecclesiâ Lugdunensi.

Hortorum Libri XXX. Lugduni apud Joan. Tornæsium fol. 1560.

BENEDICTUS GRIGUETUS Divionensis. Elogia Virorum illustrium depictorum in Xysto Palatii Regii, hoc est Richeliani Parisiensis, Gallicè. Divione apud Petrum Palliot 4. 1645.

BENEDICTUS LEO. Origo & fundatio ordinis Cruciferorum Italicè. Venetiis 1599. 4.

BENEDICTUS MARIOTTUS. Elogiastica, encomiastica & acclamatoria institutio, in quâ etiam

etiam de de Epitaphio & Epigraphe. Pisis 1638. 8.

S. BENEDICTUS Nursiensis, primus Monachorum in Occidente institutor. Fuit Temporibus Anastasii, Zenonis, Justini & Justiniani Impp. sepultus in Casino in Ecclesia S. Joannis Bapt. ante altare. Vide de eo Petrum Diaconum de ill. Casinensibus cap. I. ibique Marum.

Regula Monachis præscripta discretione præcipua, sermone luculenta, teste Diacono loco cit. Prodiit Venetiis 1593. 16. procurante Arnoldo Wion, additus est ejusdem Tractatus de ordine Monasterii, qualiter à fratribus religiose ac studiose conversari & Domino militari oporteat.

Eadem ad XXX. MS. Codices correcta editore Balduino Moreau Religioso Camberonensi. Ord. Cist. Duaci anno 1611.

Obiit autem Benedictus ætatis LXIII. stans atque erectus inter discipulorum manus anno Christi 543. Epitaphium ei tale positum tradit Sylvester Maurolycus Libro I. Historiæ Sacr. Ord.

Nursia me genuit, specus obtulit alta, Casini me rapuit vertex, aula beata tenet.

BENEDICTUS XI. Pontifex Romanus, antea Nicolaus Buccasenus. patria Tarvisinus, Ord. Præd. Obiit anno 1304.

Commentarius in V. Caput Mathæi. Venetiis anno 1603.

BENEDETTO VARCHI. Due lezzioni, nella primâ delle quali si dichiara un Sonetto di M. Michelagnolo Buonaroti: nella seconda si disputa quale sia piu nobile arte la Scultura e la Pittura, con una lettera d'esso Michelagnolo, e più altri excellentiss. Pittori e scultori sopra la quistione sopra detta. in 4. in Fiorenza 1549. 4. Raphael Trichetus principio Operum Leonardi da Vinci & Leonis Bapt. Alberti de Picturâ.

L'Hercolano dialogo in Venetia annô 1580.

BENIAMIN TUDELENSIS Judæus. Itinerarium cum Notis Constantini l'Empereur. Lugduni Batavorum in 8. anno 1633.

BEN SIRA Hebræus. Liber Sententiarum Moralium Ebræorum e Paulo Fagio latine redditus prodiit Isnæ 4. anno 1542.

BERNARDINUS BALDUS Urbinas, Abbas Guastallæ, Mathematicus celebris.

In Tabulam æneam Eugubii in Umbriâ repertam, Linguâ Veterii Hetruscâ perscriptam, divinatio. Augustæ Vindelicorum 1613. 4.

BERNARDINUS RUTILIUS JC. Vitæ JCtorum Veterum a Papyrio, usq; ad Tribonianum, editore Nicol. Gerbelio. Argentorati in 8. anno 1538. apud Cratonem Mylium.

S. BERNARDINUS in Masſanenſi Hetruriæ Oppido natus, a frequenti Senarum incolatu Senenſis cognominatus. Obiit anno 1444.

Opera omnia, editore Joanne de la Haye Ord. Minorum, Concionatoris Regii, in fol. Lugduni anno 1650. ap. Huguétanum & Ravaudum.

BERNARDINUS de SYLVA Religioſus Cœnobii Regalis de Alcobaciâ, in Portugallia, Profeſſor ib. S. Theologiæ.

Monarchia Luſitana defenſa, Pars quidem prior Conimbricæ Typis Nicolai Cavalho 1620. in 4. Secunda Ulyſſiponæ Typis Petri Crasbeeck anno 1627. lingvâ Portugallicâ.

BERNARDUS ALDRETE Canonicus Cordubenſis.

Varias antiquedades de Eſpanna, Africa y otras Provincias. Antwerpiæ anno 1614. Eruditum Opus vocat Spanhemius de Numiſm. pag. 65. Vide & Remeſium de Lingua Punica, præfatione.

De Origine Linguæ Caſtellanæ, idiomate patrio. Romæ 1606. 4.

BERNARDUS è BREITENBACH, Vir nobilis, Camerarius & Decanus Eccleſiæ Moguntinæ; anno 1485. clarus. Vide Voſſium Libro III. cap. 6. de H. Lat.

Paſſagium in Terram S. annô 1483. ſuſceptum. Germanicè addita verſione Belgicâ prodiit Moguntiæ anno 1488. typis Erhardi Rewuick Ultrajectini, cujus edit. Voſſius loco cit. meminit. Latinè autem Spiræ anno 1490. per Petrum Drach.

BERNARDUS BRITUS Regalis Cœnobii de Alcobacia, in Regnô Luſitaniæ, Ord. Ciſt. religioſus, Philippi III. Hiſpaniarum Regis archihiſtoriographus. Obiit anno 1617. Monarchiæ Luſitanæ Tomi III. Olyſſiponæ apud Petrum Crasbeek anno 1594. & 1607.

S. BERNARDUS primus CLARAE-VALLIS Abbas, natione Burgundus, juxta Divionem, in Fontanenſi Caſtro, Ordinis Ciſt. Religioſus antea in Archicœnobio Ciſtercienſi. Obiit anno 1130. Vide plura de eô apud Viſchium a pag. 59.

Opera omnia cum Notis Joan. Picardi Monaſterii Pariſienſis ad S. Victorem Canonici. Antwerpiæ ap. Joan. Keerbergium in fol. anno 1616. curâ Edmundi Tiraquelli Religioſi Ciſt.

Eadem ſtudio & labore Jacobi Merloni Horſtii. S. Theol. Licentiati, fol Coloniæ 1642. Tomis VI.

Eadem aucta & emendata à Domino Joanne Mabillon Monacho Bened. qui & Notas adjecit. Pariſiis in fol. anno 1667. apud Fred. Leonard. Volum. II.

BERNARDUS ESCUDERIUS Mona-

Monasterii Vallisbonæ extra Urbem Vallisoletanam, Ord. Cist. Monachus. Obiit anno 1608.

Meditationum ad novitios Liber insignis. Vallisoletian. 1602.

BERNARDUS GAYSTENSIS. Sæculo abhinc tertio, versu hexametro Rhytmico librum compofuit PALPONISTAM inscriptum, quo adulatores miserias Principum & aularum satis graphice depinxit, quem Christianus Daumius nuper cum observ. edidit.

BERNARDUS GOMESIUS MIEDE Archidiaconus Saguntinus.

De Sale physico sive Naturali: Medico sive Empirico: geniali sive jocoso: mystico Libri IV. Valentiæ in fol. 1572.

BERNARDUS GUIDO Lemovicensis, Ordinis Præd. S.Fidei inquisitor & Episcopus, primum Tudensis deinde Lodovensis. Obiit an. 1331.

Tractatus de SS. quorum corpora Lemovicensem diocœsim ornant. De SS. Lemovicensibus extra dioecesim sepultis. Tractatus de Stephano Obazinæ fundatore, de Gaufrido, Rogerio & Auberto. Ex MS. Petaviano codice repræsentat hæc omnia Labbæus Tomo II. Biblioth. MSS. Nomina ac gesta Episcoporum Lemovicensium ib. Tomo II.

De ordinibus Grandimontensi atq; Artigiæ & Monasterio S. Aug. Lemovicensis. ibid.

Speculum Sanctorale compositum circa annum 1320. jussu Domini Berengarii Magistri Ord. Præd. & postea Archiepiscopi Compostellani. MS. apud Franc. Bosquetum. Plura ex eo loco citato depromit Labbæus.

Vita Clementis V. & Joannis XX. quas publici juris fecit laudatus Bosquetus.

BERNARDUS LOPEZIUS Hortensis Monasterii in Hispaniâ, Ord. Cist. Monachus, anno 1626.

Theatrum Christi & Ecclesiæ Libris III. distinctum Madriti apud viduam Alfonsi Martinez 1613.

Sermones in præcipuis Festis B. Virginis. Madriti anno 1614.

BERNARDUS à MALLINCROT Decanus Monasteriensis, electus Coadjutor Mindensis & ibidem Canonicus Senior.

De ortu & progressu artis typographicæ dissertatio historica pro Moguntinis contra Harlemenses. Coloniæ apud Joan. Kinchium 1639. 4.

De naturâ & usu litterarum dissertatio philologica. Monasterii Westphalorum ap. Bern. Raesfeld. 8. 1638.

Discursus de summo hominis bono in hâc vitæ miseriâ: adjecta paralipomena de Historicis Græcis. Coloniæ 4. apud viduam Hartgeri Woringuen 1656.

De ArchiCancellariis S. Roma-

ni Imp. deque aulæ Cancellariis Syntagma. 4. Monasterii 1640.

BERNARDUS MORLANENSIS Possevino circa annum 1140. vixisse creditur.

De contemptu Mundi L. III. versibus dactilico-rhytmicis, quibus in corruptos sæculi sui mores invehitur. Primus eos e membranis Gerardi Baumanni Embricensis Medici Bremensis luci dedit Natan Chytræus Bremæ an. 1597. Deinde Eilhardus Lubinus an. 1607. Postea Petrus Lucius Academiæ Rintelensis Typographus an. 1626. Demum Sternii Typographi Lunæburgensis an. 1640. 12.

BERNARDUS de PARENTINIS Ord. Præd. Lilium Missæ secundum Thomam, sive Elucidarius difficultatum circa officium Missæ, revisus & emendatus per M. Lud. Vassorium. Paris. 1517.

BERNARDUS PARISIENSIS Ordinis PP. Capuccinorum. Vocabularium Italico-Turcicum editore P. PETRO A' BASVILLANO ejusd. Ord. qui ex Italico Gallicum reddidit II. volum. Romæ Typis Congreg. de fide prop. 16[illegible]5.

BERNARDUS PERETZ Hispanus. Espejo de la vida humana. En Sevilla. 8. anno 1596.

BERNARDUS de RIUERA Hispalensis, Ord. Cist. Monachus in Hortensi Monasterio.

Quadragesimalium concionum Tomus I. Burgis 4. 1616. apud Joan. Baresium. Concionum quadrag. Tomus II. Vallisoleti ap. Hieron. Murillum 1620. Jacobi Testamentum sive expositio X I. Prophetiarum, quas protulit Patriarcha Jacobus moriens. Hispali 1624.

BERNARDUS SILVESTER. Megacosmus carmine elegiaco conscriptus quem in se de Codice Heidelb. describit Barthius ad Librum III. Guil. Britonis v. 685.

BERNARDUS (alius Bernardinus) TELESIUS Consentinus.

De rerum Natura juxta propria Principia Libri IX. Neapoli apud Horatium Salvianum 1587.

BIBLIORUM Codex idiomate Belgico. Delphis anno 1477. impressus, cujus meminit Catalogus Bibl. Lugdun. Batavæ p. 2. Partem ejus, nempe e Libris Paralipomenon usq; ad Prophetas minores inclusive inter Libros Radzivillianos, qui sunt in Bibl. Electorali Regiom. in quarto excusum, inspexi.

BIBLIORUM Germanicè ante Lutherum versorum editiones sunt plures. Nobis sequentes observare hactenus licuit.

Cum figuris ligno incisis Norimbergæ per Antonium Koburger in folio anno 1483.

Augustæ Vindelicorum, cujus interpres vulgatam secutus est, anno 1449. Mentionem ejus facit

Vel-

Velſchius de venâ Medin. p. 65. Halberſtadii, idiomate Saxonico. anno 1522. Vide Joan. Böttigerum in Hiſtoriâ Eccl. Germanice edita pag. 147. Parte I.

Wormatiæ anno 1529. in fol. quam vidi in Bibl. Sereniſs. Elect. Brandæb. Regiomontanæ.

Meminit & Zeilerus Tomo VI. pag. 34. Epiſtol. editionis anno 1520. idiom. Saxonico impreſſæ. MSS. plures in variis Bibliothecis adſervantur, quas ſubſequentibus Bibliothecæ hujus noſtræ curioſæ Tomis indicabimus.

BIBLIA GRÆCA LXX. interpretum, ex auctoritate Sixti V. Pontif. M. edita, cura Antonii Carafæ Card. S. Sedis Bibliothecarii, additis annotationibus. Romæ ex Typogr. Franciſci Zannetti in fol. anno 1587.

Cum interpretatione Latinâ & annotat. Flaminii Nobilii & aliorum. Pariſiis II. vol. annô 1628. in fol. Optima editio. Cum ſcholiis in 8. Londini 1653. Juxta Exemplar Vaticanum. Cantabrigiæ per Joannem Field. 12. 1665.

Biblia Græca Andreæ Aſulani. Venetiis ap. Aldum in fol. an. 15.

BIBLIA LATINA ex verſione vulgata Reutlingæ per Joan. de Auerbach anno 1469.

Eadem Baſileæ per Joan. Frobenium de Hamelburg civem ibidem in 8. anno 1495.

Eadem Noribergæ annô 1478. in fol. majori per Antonium Koburger, cum canonibus, Evangeliſtarumque Concordantiis.

BIBLIOTHECA CLUNIACENSIS in quâ Abbatum Cluniacenſium Acta, vitæ, Miracula & ſcripta recenſentur & publicantur, curâ Martini Marrier Orb. Bened. Monachi & Andreæ Quercetani. Lutetiæ Pariſiorum ex officina Nivelliana ap. Seb. Cramoiſii fol. an. 1618.

BIBLIOTHECA JURIS CANONICI VETERIS edita eſt Lutetiæ Pariſiorum cura Guilielmi Voelli, & Henrici Juſtelli anno 1661. fol. Continentur in ea teſte Joan. And ea Boſio disſ. de Notitia Scriptorum Eccl. capite ult. Codex Canonum Eccleſiæ univerſæ græce & latine: Codex Dionyſii Exigui Latinus: Codex Carthaginienſis Eccleſiæ; Breviarium Fulgentii, Ferrandi ac Criſconii Martini Bracarenſis collectio canonum Orientalium; Criſconii Concordia Canonum; Græci Canonû collectores Joan. Antiochenus, Joan. Scholaſticus, Alexius Ariſtinus, Simeon Logotheta, Photius cum commentario & paratitlis Balſamonis; variaque Synodica, cum Notis Variorum.

BILIBALDUS PIRCKHEIMERUS Patricius Noribergenſis.

Opera omnia, politica, Hiſtorica Poetica, curâ Melch. Goldaſti collecta & uno volumine edita. Francofurti in fol. anno 1610.

BLASIUS ORTIZIUS Canonicus Toletanus & Adriano VI. Pontifici à domesticis.

Itinerarium Adriani VI. ex Hispaniâ Romam. Toleti 1548. 8.

BLASIUS VIEGAS Lusitanus e Soc. Jesu, Doctor Theol. & publicus Sacrarum Litterarum in Eborensi Academia.

Commentarii Exegetici in Apocalypsim. Eboræ fol. an. 1601. Iidem Lugduni 4. 1617.
Iidem, Coloniæ Agr. apud Crithium 4. anno 1617.

BLASIUS VIGENERIUS Gallus. De Ziphris Opus eruditum teste Gustavo Seleno Cryptogr. p. 171. Gallice, prodiit Parisiis 1586.

BODO primus Abbas Mariævallensis Cœnobii ab anno 1128. ad 1147. quo 23. Augusti obiit. Superest in dicto Monasterio Liber membranaceus, cui Titulus FLORES BODONIS. Continet is silvam sententiarum ex optimis quibusvis Oratoribus sacris & profanis collectam, teste Meibomio in Chronicô Mariævall. p. 23.

S. BONAVENTURA Balneoregiensis Italus, Ord. S. Francisci Minister Generalis, ac postea Albanensis Episcopus & Cardin. a Gregorio X. creatus, circa annum 1270. clarus. Obiit anno 1274.

Opera omnia in VII. Tomos distributa. Lugduni fol. 1668.

Opuscula minora editore Francisco Lamata D. Theol. Romano. Parisiis fol. 1647.

BONAVENTURA MALVASIA Bononiensis, Ord. Min. religiosus. Catalogus omnium hæreseon. Romæ Typis Mascardi 1661. 4.

BONAVENTURA MORONUS. Cataldiados sive de S. Cataldo carminum Libri VI. ad cives suos Tarentinos. Accedit Barthol. Moroni vita S. Cataldi prosa. Romæ anno 1614.

BONIFACIUS de CEVA. Sermones quadragesimales in 4. Parisiis anno 1517.

BONIFACIUS à S. EUPHRASIA Ord. Carmel. Felix memoria Fratrum Ordinis B. V. Mariæ de monte Carmelo Provinciæ Turonensis, qui ab instituta Reformatione Redonensi cum odore virtutum decessere, Menologii Centuriæ duæ. Parisiis apud Florentinum Lambertum 1446. 4.

BONIFACIUS SIMONETA abbas Monasterii S. Stephani de Cornu, Ord. Cist. in diœcesi Cremonensi, anno 1490. clarus.

Commentarii Persecutionum Christianorum, Pontificumq. historia a S. Petro usque ad Innocentium VIII. Inscripsit illud Carolo VIII. Francorum Regi. Ordo universi Operis hic est, prout repræsentat Vischius pag. 55.
Oratio Theologica ad Deum.

Epi-

Epistola dedic. ad Carolum VIII. Francorum Regem. Alia Epistola dedicatoria. Orationes III. in quibus comparantur tres principales ChristianiOrbis sectæ Christiana, Judaica & Mahometica. Vitæ Pontificum Rom. Epistolæ 279. quarum qualibet in se continet: Historiam aliquam remotiorem. 2. Membrum aliquod in corpore humano, ejus morbos & remedia. 3. Locorum eorum descriptio quibus in Epistolâ utitur. 4. Ut plurimum secretum aliquod ex Magia Naturali. In ultimo libro Astronomica, Chiromantica & Physiognomica continentur experimenta. Impressum Mediolani anno 1492. ap. M. Antonium Zarottum Parmensem in fol. & deinde Basileæ typis Nicolai Kesleri anno 1509.

S. BONIFACIUS Archiepiscopus Ultrajectinus, Germanorum Apostolus, Martyr factus anno 754.

Vita S. Livini Archiepiscopi & Martyris: item Epistolæ variæ. Moguntiæ 1605. edente Nicolao Serario.

BONIZO Episcopus primùm Sutrinus, deinde Placentinus, in cujus Sedis administratione, ob defensionem Pontificis Romani, anno 1089. effossis oculis, membrisque detruncatis occisus fuit. Vide Petrum Lambecium Tomo II. de Bibliotheca Vindob. pag. 793. seq. ex quô hæc fugitivo aliquando oculo excerpsimus. Epitome Historiæ Pontificum Rom. à S. Petro ad Urbanum II. usque, annô 1088. electum, sub Titulô *Chronicæ Romanorum Pontificũ* MS. extat in Bibl. Vindobonensi inter arcis Ambrasianæ Codices MS.

Syntagma Decretorum Ecclesiasticorum MS. ibidem.

BREVIARIUM Röeskildense castigatum a Boetio Achonis, Alberto Laurentii & Canonicis Röeskildensibus prodiit Parisiis 1517. 4.

Breviarium secundum ritum almæ Ecclesiæ Arosiensis, cura Othonis Arosiensis Episcopi anno 1504. in 8. Arosiæ in Sueciâ.

BRUNO Astæ vel Solerii in Liguria natus, Abbas Cassinensis, deinde Episcopus Signiensis & S. R. E. Cardinalis. Obiit anno 1125. Vide Ughellum Italiæ Sacræ Tomum I. apud Olearium p. 93. Joan. B. Marum ad Petrum Diaconum p. 61. Marchesium in vita, Operibus præfixa.

Opera omnia hoc ordine: Tomo I. Comm. in Pentateuchum; Expositio in Jobum; Expositio in Psalterium, Canticum Canticorum & Apocalypsin. Tomo II. Homiliæ CXLV. in Evangelia totius anni, Eusebio Emissenô, & Eusebio Gallicano tributæ; In canticum Zachariæ; Tractatus de incarnatione Domini; de Sacramentis

mentis Ecclesiæ, mysteriis & Eccl. ritibus opusculum. Vita S. Leonis Papæ IX. Vita S. Petri Anagnini; Sententiarum Libri VI. edita cura D. Mauri Marchesii Panormitani Congregationis Cassinensis Decani, & D. Alloysii Squadroni Abbatis S. Georgii Majoris Venetiis, & Congregationis Cassinensis Præsidis, Venetiis in fol. 16[illegible]1. apud Bertanos.

BRUNO Coloniensis, Ordinis Carthusianorum fundator. Obiit anno 1101.

Commentarius in Epistolas Pauli Lutetiæ apud Remboldum 1508.

Opera omnia in III. Tomos digesta, è quibus nonnulla [illegible] nis Astensis sunt, cura J. Pehæi Coloniensis Carthusiæ alumni. Coloniæ Agrippinæ apud Bern. Gual[illegible] in fol. an. [illegible]11.

B[illegible]ARDUS ex Monachô Lo[illegible]iensi. Episcopus W[illegible]rmatiensis factus, obiit anno [illegible]26.

Decreta, c[illegible] p[illegible] ne B[illegible]rtholdi Qu[illegible], Coloniæ ex offic. Melch. Nov[illegible] 154[illegible]. fol.

C.

CÆSAR AL[illegible] J. U. D. [illegible] Civ[illegible]. F[illegible]lginiæ apud A[illegible]stinum Alterium 12. 16[illegible].

CÆSAR CALDERINUS Miranus, Veronensis. Dictionarium Italico-Latinum. Venetiis in 4. 1599. apud Sebast. de Combis

CÆSAR CREMONINUS centensis. Philosophus Peripateticus præclarus, Professor Philos. in Acad. Patavina.

Apologia pro dictis Aristotelis de origine & principatu Membrorum adversus Galenum. Venetiis apud Hieron. Piutum 4. 1627.

Tractatus III. de sensibus externis, de sensibus internis, de facultate appetitiva. Venetiis 4. 1644.

Disputatio de Cœlo. Venetiis 1613.

CÆSAR RASPONUS Basilicæ Lateranensis Canonicus.

De Basilica & Patriarchio Lateranensi, ejusque Patriarchis Libri IV Romæ apud Ignatium de La[illegible]eris anno 1[illegible]5[illegible]. in fol.

CÆSAR RIPA Perusinus, Eques SS. Mauritii & Lazari.

Iconologia, overo descrittioni de diverse imagini cavate dall' Antichita & di propria inventione. Romæ apud Lepidum Facium 1603. 4.

Eadem cum amplificatione Joannis Zaratini Castellini Venetiis 1645. 4.

CÆSARIUS HEISTERBACENSIS diœcesis Colon. juxta Bonnam, Ord. Cist. Prior circa annum 1200 clarus.

Libri III. de Vita & miraculis S. En-

S. Engelberti Colonienſis Arch. & Martyris, editore Ægidio Gelenio ad S. Andream Coloniæ Canonico, unà cum Notis & auctario anno 1633.

Faſciculus moralitatis ſive Homiliæ morales ſuper Dominicas & Feſta totius anni, in IV. partes diſtributæ, curâ Joannis Andreæ Coppenſtein Ord. S. Dominici. Coloniæ Typis Petri Henningii in 4. an. 1615.

CÆSARIUS Gregorii Nazianzeni frater, circa an. 370. clarus.
Quæſtiones Theologicæ & Philoſophicæ græce & latinè editore Eliâ Ehingero Auguſtæ an. 1626.

CÆSARIUS Arelatenſis Epiſcopus ſub Theodorico Rege Italiæ & Symmacho Pontifice Rom. fuit. Homiliæ XIV. cum Notis Steph. Baluzii. 8. Pariſiis 1669.

CAJUS JCtus Romanus ſub Hadriano Imp. clarus.

Fragmenta inſtitutionum Juris, aliorumque ſcriptorum cum Commentario Hieron. Alexandri junioris. Venetiis apud Franciſcum de Franciſcis Ciotti a. 1600.

Eadem cum Obſervationibus Oyſelii Lugduni Bat. 1658. 8.

S. CAJUS Epiſcopus Romanus & Martyr circa annum 296. patriâ Salonitanus Dalmata.

Epiſtola cum Notis Cæſaris Becilli Urbinatis, Congreg. Oratorii Presbyteri: accedunt Acta Martyrii ejus. Romæ 1628.

CALISTUS PROCACCINUS de Monte S. Viti. Liber qui dicitur Medicus ad Tyrones. Romæ apud Stephanum Paulinum 1617. 4.

CALLIMACHUS Batti filius, Cyrenæus, floruit ſub Ptolomæis Philadelpho & Evergete.

Hymni cum ſcholiis græcis, & Epigrammata, carmen item de coma Berenices, cum interpretatione geminâ hymnorum, unâ Oratione ſolutâ, alterâ carmine Friſchlini, editore Henr. Stephano, qui tum ſuas, tum Friſchlini Notas addidit, excuſa an. 1577. 4.

CALLISTHENES Ariſtotelis diſcipulus. Quæ ſub ejus nomine extat hiſtoria de rebus geſtis Alexandri M. opus eſt ſuppoſititium, teſtibus Caſaubono Epiſtola 39. 93. & 95. Voſsiô Libro I. de Hiſtoricis Gr. cap. 9. Vide & Salmaſium ad Solinum pag. 908.

Ex Perſicô illam à Simeone Setho translatam ait Iſaacus Voſſius Com. ad Melam pag. 33. Vide & Langbainum ad Dionyſii Longini libellum de ſublimi dicendi genere pag. 17. Meminit ejus quoq; Meurſius in Gloſſario græco barbaro. Græcè MS. extat in Bibliotheca Scorialenſi, ſecundum Barvoetium in Indice ejus pag. 126. Gilbertus Gaulminus ad Theodorum Prodromum pag. 563. Notas ad eum pollicetur, quas tamen fato abreptus, non dedit.

CALPURNIUS FLACCUS ætatis incertæ Scriptor, teste Vossio de natura Rhetorices cap. 15.

Excerpta X. Rhetorum minorum sive Florida ex eorum declamationibus, cum Notis Gronovii & Joan. Schultingii, unà cũ Quinctiliano edita anno 1665. in 8.

CAMILLUS BALDUS Philosophiæ in Academiâ Bononiensi Professor.

Commentarius in Physiognomica Aristotelis, editus curâ Hieronymi Tamburini & Ferdinando Gonzagæ Mantuæ Duci inscriptus. Bononiæ apud Seb. Bonomium 1621. fol.

CAMILLUS PALÆOTTUS Bononiensis. Silva, titulo Amoris floridum poema. Viennæ editore Joach. Vadiano annô 1513

CAMILLUS PEREGRINUS. Rerum antiquarum indagator indefessus appellatur à Maro ad Petrum Diaconum. pag. 14. Historia Principum Longobardorum. Neapoli 1643. 4.

CAMILLUS RAVERTA Mediolanensis. Problema geometricum, demonstratum per Curtium Casatum Mediolanensem Mathematum publicum Profess. Mediolani ex Typographiâ Pacifici Pontii & Joan. Bapt. Piccalei anno 1602.

CAROLUS JUVENALIS BARBERIS Ordinis Servorum B. Mariæ semper Virginis, Professor & S. Taurinensis Officii circa annum 1657. consultor.

Theopancratiastes sive D. Pancratii Martyris mirabilia XV. elogiis comprehensa. Taurini ex Typog. Joannis Jacobi Rustis 1657. 8.

CAROLUS CALVUS Rex Galliæ & deinde Imperator Rom. circa annum 875. electus.

Capitula ejus & Successorum aliquot Franciæ Regum, editore Jacobo Sirmondo. Parisiis 1623. in 8.

CAROLUS CARTHARIUS Urbevetanus, Decanus Advocatorum S. Consistorii Romani & archivi Apostolici Molis Hadrianeæ Præfectus.

Advocatorum S. Consistorii Romani Catalogus. Romæ in fol. apud Zanobium Masottum 1656.

Notitia Cardinalatus, de origine ejus, dignitate, præeminentia, & privilegiis. ibidem 1652. fol.

CAROLUS CLARAMONTIUS Med. D. De aere, solo & aquis Angliæ, deque morbis Anglorum vernaculis dissertatio: nec non Observationes Medicæ Cambro-Britannicæ. Londini 12. 1672.

CAROLUS CLUSIUS Atrebas, Maximiliani II. & Rudolphi Impp. in aulis familiaris. Obiit anno 16‑9. ætatis 84. Gassendus in vita Peirescii, Libro primo p. 126.

Rariorum Plantarum historia cum iconibus, operâ Francisci Raphelengii, Antwerpiæ anno 1601.

1601. f. ex officina Plantiniana, Balth. Moreti.

Exoticorum Libri X. in quibus Petri Bellonii Observationes ex versione Clusii; Garciæ ab Horto Historia aromatum; & alia continentur. Lugduni 1605. fol. apud Raphelengium.

CAROLUS le COINTE Congreg. Oratorii Presbyter.

Annales Ecclesiastici Francorum, quorum Tomus I. ab annô 235. usq; ad annum 561. pertingit. Parisiis ex Typogr. Regiâ an. 1665.

Tomus II. ab anno 561. ad 633. ibid. annô eod.

Tomus III. ab anno 633. usque ad annum 680. ibid. in fol.

Tomus IV. ibid. 1670. in fol.

CAROLUS COLOMA. Las gverras de los Estados Baxos desde el anno de M. D. LXXXIIX. hasta el de MDXCIX. recopiladas por D. Carlos Coloma, Cavallero del Abito de Santjago, Comendador de Montiel y la Osfa, de los Consejos de Estado, y gverra, y Maestro de Campo, General por su Magestad en estos Estados de Flandes, y al presente M deCampo General en los estados de Milan y Castellano del Castillo de la dicha villa. A Don Diego de Ibarra Cavallero del Abito de Santjago, Comendador de villa Harmosa &c. En Amberes en la officina de Joan Bellero anno 1635. 4.

CAROLUS DATI Nobilis Florentinus, humanarum litterarum in Academia patria Professor.

Vitæ antiquorum Pictorum, Italice. Florentiæ 4. 1667.

CAROLUS FEVRETUS JC. De claris Fori Burgundici Oratoribus dialogus. Divione apud Petrum Palliot 1654. in 8.

CAROLUS IV. Imperator Romanus. Aurea Bulla. Noribergæ latinè anno 1477. per Anton. Koburger. in fol. impressa. Circa initium nonnulli versus habentur, quorum hoc initium: Omnipotens æterne Deus spes unica Mundi.

CAROLUS MAGNUS Imp. Romanus.

Litteræ ejus metro exaratæ ad Paulum Diaconum, in quibus de suscepta per ipsum vitæ ratione, sacri Cœnobii Casinensis sanctitate ei gratulatur, extabant apud Joan. Bapt. Marum, qui ad Petrum Diaconum p. 16. quosdam versus exinde adducit.

Codex Epistolaris Carolinus, continens Romanorum Pontificum Gregorii III. Zachariæ, Stephani III. & aliorum Epistolas XCIX. ad Principes & Reges Francorum Carolum Martellum, Pippinum & Carolum M. anno 791. curâ Caroli M. collectus, MS. extat avthenticus in Bibl. Vindobonensi. Vide Lambecium Catalogo propriorum Operum pag.

46. Edidit eum Gretſerus Ingolſtadii anno 1613.

CAROLUS ANTONIUS MANCINUS Perſpicilium pro oculo, ſive de Lumine; De refractione radiorum; de oculo & viſu; de magnis adjutoriis oculorum, perſpiciliis & Teleſcopiis. Italicè Bononiæ 1660. in 4.

CAROLUS VAN MANDER natione Flander de Molebecke Pictor. Obiit anno 1604.

Het Schilderboeck ſive inſtructio artis pictoriæ verſibus Belgicis; Vitæ celebrium Pictorum antiquorum & modernorum Italorum & Belgarum. Alcmariæ ap. Jacobum de Meeſter 1603. in 4.

Expoſitio in Ovidii Metamorphoſim idiom. Belgico, curà Paſchier van Weſtbuſch Harlemi 1604. in 4.

CAROLUS MOLINÆUS JC. & in ſupremo Pariſiorum Senatu antiqvus Advocatus.

Opera omnia in III. Tomos digeſta. Lutetiæ Pariſ. ex offic. Nivellianâ Sumtib. Sebaſt. Cramoiſii in fol. 1612.

CAROLUS PASCHALIUS Regis Galliarum in S. Conſiſtorio Conſiliarius & ad Rhætos Legatus. De Coronis Libri X. Pariſiis ex offic. Plantinianâ apud Hadrianum Perier 1610. 4. & Lugduni Bat. ex offic. Joan. à Gelder in 8. 1671.

CAROLUS à S. PAULO ex Abbate & Superiore Generali Congregationis Fulienſium, Ord. Ciſt. anno 1642. Epiſcopus nominatus Abrincenſis.

Geographia Sacra ſive Notitia antiqua Epiſcopatuum univerſæ Eccleſiæ, adjectis Notitiis variis Patriarchatuum, ſedium Patriarchalium, Metropolitanorum, Acephalorum, Archiepiſcoporum, Epiſcoporum, Provinciarũ item & Urbium Imperio Conſtantin. ſubjectarum e MSS. Codd. depromptis, cum Tabulis æri inciſis. Pariſiis ap. Seb. Cr. moiſii 1641.

Templum felicitatis, opus variis & curioſis iconibus exornatum, repræſentantibus omnia & ſingula quæ hominẽ poſſint reddere verè fælicem in hac vita; quæ poſtmodum diſcurſibus exponuntur. Pariſiis in 4. anno 1630. apud Claudium Cramoiſi.

CAROLUS RIDOLFI Nobilis & Eques Italus.

Le Maraviglie dell' arte, overo le Vite de gl' illuſtri Pittori Veneti, e dello ſtato ove ſone raccolte le opere inſignii, i coſtumi, & i ritratti loro, con la narratione delle hiſtorie, delle favole, e delle moralita da quelli dipinte. Partib9 II. in Venet. 1648.

CAROLUS STEPHANUS Dictionarium hiſtorico-geographico-Poeticum. Recenſuit, ſupplevit & emendavit Nicolaus Loydius Anglus Collegii Wadhami

mi in Acad. Oxonienſi ſocius. Oxonii ex Typog. Guiliel. Hall, impenſis Guil. Doroning. 1670. fol.

CAROLUS de VISCH Prior B. Mariæ de Dunis Ord. Ciſt. circa annum 1655.

Bibliotheca Scriptorum Sacri Ord. Ciſtercienſis elogiis plurimorum maxime illuſtrium adornata. Inſerta ſunt varia Opuſcula. Alani ab Inſulis L. II. contra Judæos & Paganos ſeu Mahometanos. Claudii de Becc Abbatis frigidi Montis verſus de XII. gradibus humilitatis Regulæ S. Benedicti.

Eliæ de Coxida Abbatis Dunenſis Sermones II. circa annum 1190. habiti in Capitulo generali.

Eugenii III. Pontificis Epiſtolæ III. Joannis Lemovicenſis Monachi Claræ vallenſis ſalutationes Rhytmicæ ad Chriſtum Salvat. ejus V. vulnera, B. Virginem & S. Joan. Baptiſtã. D. Bernardi Rhytmi varii.

Petri de Roya Monachi Claræ vallis Epiſtola prolixa de ſua converſione. Philippi Abbatis de Eleemoſynâ Epiſtolæ XXV. Editio II. Coloniæ Agrip. apud Joan. Buſæum in 4. anno 1656.

CASPERIUS GEVARTIUS Antwerpienſis, Graphiarius ſive ab actis Senatui patrio.

Lectionum Papinianarum in Papinii Statii Sylvas Libri V. Lugduni Bat. in 8. anno 1616.

Electorum Libri III. quibus veterum Scriptorũ loca emendantur & illuſtrantur. Pariſiis 1619. 4.

CASSANDRA FIDELIS Virgo Veneta, Angeli Fidelis filia circa annum 1480. clara.

Oratio in Gymnaſio Patavino pro Betrutio Lamberto Canonico Concordienſi, ſanguine ſibi juncto cum ſupremam Philoſophiæ lauream conſequeretur, habita Mutinæ anno 1487.

CASSIUS JATROSOPHISTA Medicus. Quæſtiones Medicæ editore Hadriano Junio. Pariſiis apud Wechelum 1541. 4.

CASSIUS SEVERUS Parmenſis. De induſtria Orphei circa ſtudiũ Muſices carmen Elegiacum, cum ſcholiis Nathanis Chytræi. Francofurti typis Joan. Wecheli 1585. 8.

CATHARINA de BONONIA Abbatiſſa Sanctimonialium corporis Chriſti in urbe patriâ.

Libellus de ſibi revelatis à Domino Bononiæ apud Platonem Benedictum anno 1511.

CATHARINA CHIDLEY Angla ex Independentium ſectâ. The Juſtification of the independant Churches of Chriſt. Londini 1641. Agit in eo adverſus Mag. Eduardum Presbyterianum.

CATULLUS. TIBULLUS. PROPERTIUS Poetæ junctim editi, & variorum Notis illuſtrati, e Muſæo Simonis Abbes Gabbema

Frisii: addita sunt Cornelii Galli fragmenta sive verius Maximiani. Trajecti ad Rhenum Typis Gisberti à Zyl & Theod. ab Ackersdyck 1659.8.

CELSUS de ROSINIS Cæsenas Clericus Regularis Ord. S. August. Lyceum Lateranense sive Elogia illustrium Scriptorum S. Apostolici Ordinis Clericorum Canonicorum Regularium S. Salvatoris Lateranensis. Cæsenæ ex Typog. Nerii II. Vol. 1652. fol.

CENSORINUS sub Gordiano circa annum Chr. 238. clarus. De die Natali Liber, cum Notis Henrici Lindenbrogii 4. Hamburgi anno 1614. in Bibliopolio Heringiano. & Lugduni Bat. 8. anno 1642.

CERVERA de la TORRE sive Turrianus, Hispanus, Ordinis Calatravæ Eques & Capellanus Regius. Libri III. de excessu Philippi II. Hisp. Regis, sive de memorabilibus quæ in ejus morte acciderunt. Hispanicè. Valentiæ Typis Petri Patricii Mey anno 1599.

Iidem Latine redditi per Franciscum Guillimannum jussu Maximiliani Archiducis, Ordinis Teutonici Principis, translati. Friburgi Typis Josephi Langii 1609.

Ibn CHALICAN Arabs. Historiæ Virorum illustrium, qui floruerunt sub Arabum imperio Volumina III. Arabicè. MS. in Bibl. Leidensi. Catalogus pag. 5. MS. Arab. Bibl. dictæ. Habuit & Edoardus Pocockius.

CHORICII Oratio funebris quâ Procopii Gazæi vitam eleganstissimè enarrat, à Photio laudata MS. fuit apud Lucam Holstenium, quam se brevi cum integrâ vitâ Procli (*à Marino Scripta*) ex Vaticano MS. publici juris factu-rum spondet capite I. de vita Porphyrii.

CHRISTIANUS DRUTHMARUS Aquitanicus, Monachus & Presbyter Corbejensis, Ord. S. Bened. anno 855. floruit.

Expositio in Evangelium S. Mathæi, editore Jacobo Wimphelingio Sletstatensi, Argentorati opera & impensis Joan. Grüningeri 1514.

CHRISTIANUS JANI Pastor Askewoldensis in Norwegia.

Dictionarium Norwegicum, cui accessit horologium Rusticorum & Calendarium cum suis characteribus ac Notis. Hafniæ 1646. 8.

CHRISTINA PARISINA nobilis & doctissima puella, ante 200. & quod excurrit annos clara.

Librum scripsit de Pace ad Ludovicum Caroli VI. Regis Galliæ filium. De laudibus Mulierum Summā ex Jacobi Magni Sophologio, omnia Gallice & præclarissimarum sententiarum copiâ,

ac quasi exaggerata altius oratione illuminata, teste Gabr. Naudæo Epistola XLIX. qui eorum editionem è Bibl. Emin. Card. Guidonis à Balneo pollicetur.

CHRISTOPHORUS BORRUS Mediolanensis, Ordinis Cist. Monachus. Obiit anno 1632.

Relatio de nova missione in regnum Cochincinæ, Patrum Soc. J. ad Urbanum VIII. Romæ apud Franc. Corbellettum 8. 1631.

CHRISTOPHORUS BROWERUS Arnhemius Geldrus è Soc. J.

Historia Archiepiscoporum Treverensium, Et Episcoporum Ecclesiæ Treverensis, Suffraganeorum Metensium, Tullensium ac Verdunensium. Coloniæ apud Bern. Gualtherum. 1626. Sidera illustrium & SS. Virorum qui Germaniam rebus gestis ornarunt. Moguntiæ 1616. 4.

Antiquitatum Fuldensium Libri IV. Antwerpiæ Typis Plantinianis 4. 1613.

CHRISTOPHORUS CUPNERIUS Prutenus, oriundus ex oppido Lobaw, artium & Juris utriusq; Doctor, Eques auratus, Syndicus Brunsvicensis, Collegii Academiæ Lipsiensis Collega circa annum Christi 1500. Vide anonymum auctorem de Claris Germ. Viris à Maderò editum num. LIII.

De usuris, montibus pietatis & mercatura Tractatus Latinè & Germanicè, editus à Stephano Gerdt Borusso. Lipsiæ in fol. an. 1508. per Melchiorem Lotter.

CHRISTOPHORUS GEWOLDUS JC. & Maximiliano Duci Bavariæ à consiliis. Chronicon Monasterii Reicherspergensis è MS. editum. Monachii anno 1506. Sic Vossius Lib. II. c. 54. de Hist. Lat. Sed fortè 1606. legendum.

CHRISTOPHORUS à GIARDA Bibliothecæ Alexandrinæ icones Symbolicæ elogiis illustratæ & figuris æneis ornatæ. Mediolani in 4. 1626. ap. hæredes Melchioris Malatestæ.

CHRISTOPHORUS LAURETUS Agendicensis. Claruit anno 1610. Illustratio Prophetarum de plenitudine Temporis Messiæ. Parisiis in 8. anno 1610.

CHRISTOPHORUS MARCELLUS Patricius Venetus, Archiepiscopus Corcyrensis circa annum 1520.

Adversus Martinum Lutherum Libri II. ad Julium de Medicis S.R.E. Cardinalem. Florentiæ per hæredes Philip. Juntæ 4. 1521.

CHRISTOPHORUS MERRET Doctor Medic. & Societatis Regiæ Londini Socius. Pinax Rerum naturalium Britanniarum, continens vegetabilia, animalia & fossilia in hac insula reperta. Londini 1667. 8.

CHRISTOPHORUS OROSCIUS

SCIUS Hiſpanus, Ferdinandi Pintiani auditor.

Annotationes in Aetii Medici interpretes. Baſileæ in offic. Roberti Winter in 4. anno 1540.

CHRISTOPHORUS PERALES Monaſterii Vallisbonæ in Hiſpaniâ Ord. Ciſtercienſis Monachus.

Vita S. patris Bernardi in V. Libros diſtincta. Valliſoleti 4. 1601.

CHRISTOPHORUS PEREZ de Herrera, Matritenſis, Medicus. Clypeus puerorum, ſive de Sanitate eorum tuenda. Pinciæ 1604. 8.

CHRISTOPHORUS le ROY Aremoricus. Vita Venerabilis Franciſcæ d' Amboſia Ducilſæ Aremoricæ. Pariſiis anno 1604.

CHRISTOPHORUS SANCTORISIUS Ordinis S. Auguſtini, Epiſcopus Burgenſis. Expoſitio in VII. priora Mathæi capita. Burgis in fol. anno 1598.

CHRISTOPHORUS à VEGA Medicus & Philoſophus Complutenſis anno 1557.

Opera omnia: Libri III. de arte medendi: Commentarii in Galenum de differentia febrium: Com. de Urinis. Commentarius in aphoriſmos Hippocratis & alia, curâ & cum annotatiunculis Ludovici Serrani Doctoris Medici Lugdunenſis. Lugduni in fol. ſumtibus Antonii Chard anno 1626.

CHRONICON ALEXANDRINUM à variis ab Origine Mundi uſq; ad XX. annum Heraclii perductum. In quâdam Siciliæ Bibliothecâ inventum ab Hieronymo Suritâ; Romam advectum fuit, unde & vulgò FASTI SICULI appellatur. Ex Bibliotheca Auguſtana, cum interpretatione ſua edidit Mathæus Raderus, Monachii 1615. in 4.

CHRYSOSTOMUS CABERO Vallis Eccleſiarum, Ordinis Ciſt. in Hiſpania Monachus, S. Th. D. in Academia Complutenſi primarius Cathedræ Scoti Profeſſor.

Dialectica ſive ſummularum recapitulationum Libri III. Valliſoleti apud Joan. Bapt. Bareſſium 1623.

CHRYSOSTOMUS à VISITATIONE Monachus Cœnobii de Alcobacia, Ord. Ciſt. in Luſitania, S. Theol. Doctor, vide de eo Viſchium pag. 70.

Super verba quæ locuta legitur S. Virgo Libri XII. Venetiis apud Jacobum Vincentium & Ricciardum Amadinum ſocios anno 16[illegible]0

M. Tullius CICERO Orator Romanus.

Officiorum Libri Moguntiæ 14[illegible]6. impreſſi. Circa finem hæc leguntur. *Præſens M. Tullii Opus Johannis Fuſt Moguntinus Civis non atramento, plumali canna, neque area,*

erea, sed arte quâdam perpulchrâ manu Petri de Gernsheim pueri mei feliciter effeci. Finitum anno 1466. die IV. mensis Febr. Anton. Reiserus in designatione Codicum MSS. Bibl. Augustanæ p. 115. meminit hujus editionis & in membranâ excusam ait.

Opera omnia ex editione Jani Guilielmi & Jani Gruteri Tomis duobus Hamburgi in maj. foliô annô 1618. quæ optima editio.

Claudius CLAUDIANUS Poeta latinus, patriâ Alexandrinus, sub Theodosio, Arcadio & Honorio Impp. vixit.

Opera omnia cum prolixo Com. Gasparis Barthii. Francofurti impensis Joan. Naumanni. Bibliopolæ Hamburgensis in 4. an. 1650.

CLAUDIANUS ECDICIUS MAMERTUS Presbyter Ecclesiæ Viennensis in Galliâ. circa annum 440. clarus.

Libri III. de statu animæ ad Sidonium Apollinarem, cum Notis & glossario Gasparis Barthii & Andreæ Schotti additi Hermæ Pastor & Paciani sermo Paræneticus. Cygneæ sumtib. Melchioris Göpneri 8. 1655.

CLAUDIUS Rex Æthiopiæ, pervenit ad Imperium anno 1540. Patri suo Davidi, cognomento Wanad-Saged succedens. Perpessus est bellum gravissimum à Graino Adelensi, modicæ alias potentiæ Rege, qui cæsis aliquot ejus exercitibus, vastum illud Imperium adeò debilitavit, ut parum à ruinâ abesse videretur. Deinde cum Lusitani illi subvenirent, magnam ejus partem recuperavit.

Confessio fidei cum versione Latina & Notis Jobi Ludolfi edita est cum Joannis Mich. Wanslebii, unà cum Lexico Æthiopico dicti Ludolfi.

CLAUDIUS DAUSQUEJUS Audomaropolitanus, Canonicus in D. Virginis apud Nervios.

S. Pauli Sanctitudo in utero, extra, in solo, in Cœlo Libb. III. Parisiis 1627. 8. Ascia Conciliabuli Dordraceni. Atrebati 1629. 8.

Antiqui noviq; Latii Ortographia Tomis II. in quibus & Notæ ad Valerium Probum Tornaci anno 1630. in fol.

CLAUDIUS HEMERÆUS Quintinopolitanus, Doctor Sorbonicus.

De Academia Parisiensi qualis primò fuerit in Insulâ & Episcoporum scholis Liber. Parisiis ap. Sebast. Cramoisii 4. 1637.

CLAUDIUS de LINGENDES Provincialis Provinciæ Franciæ Societatis Jesu, Parisiis anno 1651. in domo Professâ clarus.

Conciones Quadragesimales in 4. Parisiis 1661.

De Sacramento Eucharistiæ, ibid. an. 1663. in 8.

CLAUDIUS BARTHOLOMAEUS MORISOTTUS Divionensis.

Generalis historia Orbis maritimi & rerum in mari ac littoribus gestarum ab initio navigationis usque ad sua Tempora Lib. II. ad Ludovicum XIII. Regem Galliæ. Divione apud Petrum Palliot in f. 1643.

Peruviana 4. ibid. 1645.

Epistolarum Centuriæ II. ib. 4. 1656.

CLAUDIUS MYDORGIUS Sr. de la Maillarde Patricius Parisinus.

Examen de recreations Mathematiques. 8 Parisiis anno 1648. Conicorum Libri IV. ibid. fol. 1631.

CLAUDIUS PERRY Cabilonensis è Soc. Jesu.

Historia Urbis Cabilonensis & de Claris ejus Viris. Parisiis in fol. 1659. apud Philippum Jan.

CLAUDIUS PTOLOMÆI· Epistolæ Linguâ Thusca Venetiis anno 1607. in 8. Eas ab omnibus propter elegantiam Linguæ meritò commendari tradit Camerarius Horarum Cent. III. nu. 90.

CLAUDIUS PTOLOMÆUS Philosophus Alexandrinus, temporibus M. Aurelii Imp. vixit, teste Suidâ.

Geographiæ Libri VIII. cum Tabulis geographicis restitutis per Gerardum Mercatorem Rupellmündanum recogniti & castigati à Petro Montano. Amstelodami sumtibus Cornelii Nicolai & Jodoci Hondii 1605. fol. Iidem græce & latinè curâ Petri Bertii Tomo primo Theatri Geographici Veteris Amstelodami anno 1618. in fol. editi.

Quadripartitum de prædictionibus astronomicis 12. Perusiæ 1646.

De Syderum judiciis. 12. Patavii 1658. de judicandi facultate & animi facultatibus 4. Hagæ Comitis 1663.

CLAUDIUS SALMASIUS Divionensis. Epistolarum Tomus editore Antonio Clementio: Præfixa est Vita ipsius. Lugduni Bat. ex offic. Adriani Wyngaerden in 4. an. 1656.

Duarum inscriptionum græcarum, Herodis Attici Rhetoris & Rhegillæ Conjugis ejus honori positarum explicatio: accedunt ad aras Dosiadæ & Simmiæ Rhodii poemata Notæ. Lutetiæ Paris. ap. Hieronymum Drovart. anno 1619. in 4.

Præfatio in Librum de homonymis Hyles Jatricæ; & de Plinio judicium Divione 4. 1668.

Librorum de Primatu Papæ pars I. Accesſere Nili & Barlaami de eodem Primatu Tractatus. Leydæ 1645.

Epistola ad Iustum Pacium sub Simplicii Verini nomine de posthumo Hugonis Grotii Libro. 8. Hagiopoli anno 1646.

De Transsubstantiatione Liber

ber ad Juſtum Pacium ſub eodem nomine contra H. Grotium, 8. ibid. 1646.

De Epiſcopis & Presbyteris contra Dionyſium Petavium ſub nomine Walonis Meſſalini 8. ibid. 1641.

De Uſuris 8. ibid. 1638.

De modo uſurarum. 8. ibid. 1639.

Diſſertatio de fœnore Trapezitico. 8. ibid. 1640.

Brevis Confutatio Notarum larvati cujusdam Theologi in Excerpta diſſertationis de Trapezitis Cl. Salmaſii. 8. ib. 1640.

Diatriba de Mutuo, non eſſe alienationem. 8. ibid.

Miſcellæ defenſiones de variis Obſervationibus ad Jus Atticum & Romanum pertinentibus. 8. ib. 1645.

Tractatus de ſubſcribendis & ſignandis Teſtamentis contra Heraldum. 8. ibid. 1648.

Interpretatio Hippocratei aphoriſmi 79. ſect. 4 de calculo. ib. 1640. 8.

Exercitationes Plinianæ in Solinum Tomi II. fol. Pariſiis 1629.

Euchariſticon Jacobo Sermondo pro adventoriâ de regionibus & Eccleſiis ſuburbicariis. 4. Pariſiis 1621.

Commentarius de Helleniſticâ in 8. Leydæ anno 1643.

Funus Linguæ Helleniſticæ 8. ib. 1643.

De annis Climactericis & antiqua Aſtrologia 8. Leydæ 1648.

Epiſtola ad Menagium ſuper Herode infanticidâ, Heinſii & Cenſurâ Balſacii 8. Pariſiis 1648.

Defenſio Regia pro Rege Angliæ Carolo I. 12. Amſtelodami 1651.

Confutatio animadverſionum Petavii ad Tertulliani Pallium, ſub Franciſci Franci nomine. Middelburgi (Lutetiæ) 1623.

Diſſertatio de Saccharô & Mannâ Lutetiæ 1664. 8.

Commentarius de Militiâ Romanâ editore Georgio Hornio Lugduni Bat. 4. 1657.

Apologia contra Miltonium, curâ Claudii filii Divione 1660.

CLAUDIUS SARRAVIUS Senator Parliamenti Pariſienſis.

Epiſtolarum Opus poſthumum curâ Iſaaci Sarravii filii. Arauſione 8. 1654.

CLAUDIUS SEISELLIUS Sabaudus, Epiſcopus Maſſilienſis, & deinde Archiepiſcopus Taurinenſis anno 1490.

In tria priora Lucæ Capita de triplici ſtatu Viatoris ad Leonem X. Taurini 1518.

De divina Providentia 4. Pariſiis 1520.

CLAUDIUS de VOYER d' ARGENSON Nobilis Gallus.

Elogia illuſtrium hujus ſæculi Virorum. Limoni Pictonum 1651. 4.

CLEMENS ALEXANDRINUS Presbyter, Pantæni Philosophi auditor, circa annum 161. post Christum Natum clarus. vide Labbæum Tomo I. de Script. Ec. p.229. Possevinum p.360.

Opera omnia græcè cum versione Friederici Sylburgii & ex emend. Danielis Heinsii. Lugduni Bat. apud Joan. Patium 1616. fol. Eadem editio prodiit Parisiis in fol. anno 1641.

CLEMENS GALANUS Clericus Regularis per multos annos in regionibus Armeniæ, Georgiæ & reliquis Cholchidis locis, Operarius.

Conciliationes Ecclesiæ Armenæ cum Latinâ. Pars prior historialis, Linguâ Armenicâ, additâ versione latinâ. Romæ 1650. in fol. Typis Congreg. de fide propag.

Ejusdem Operis Pars posterior Controversialis ibid. fol. 1661.

CLEMENS ROMANUS. Epistola ad Corinthios græcè & interp. Latinâ Patricii Junii, ex vetustissimo exemplari Bibliothecæ Regis Angliæ edita cum Observationib. Oxonii 4. anno 1633.

CLEOPATRA Regina Ægypti ultima, ab Augusto Imp. navali prælio ad Actium promontorium devicta, teste Athenæo Lib. IV. p. 147. Aspidis morsu periit. Vide Ælianum Hist. animalium Libro IX. cap. 11. & 61. Suetonium in Aug. cap. 17.

De chymiâ Tractatus sub nomine ejus extabat in Bibliotheca Bavarica, item in Scorialensi. Vide Barvoetii Catalogum, & Borrichium in Hermete Ægyptio p. 80. Epistolæ aliquot, nempe Heraclii Imp. ad Sophoclem Philosophum, de Libri ad caput Cleopatræ in sepulchro ejus inventione; Sophoclis ad eam responsoria; Antonii Epistola de libidine Cleopatræ ad Soranum; Sorani responsio: Epistolarum Cleopatræ, & Sorani ad eam fragmenta junctim editæ sunt a Gaspare Scioppio, una cum carminib9 Priapejis. Omnia autem hæc conficta sunt. Vide Colomesii Galliam Orient. p. 205. Prodierunt Amstelod 1664. 8.

CODEX THEODOSIANUS ex Constitutionibus Imperatorum à tempore Constantini M. factis, jussu & operâ Theodosii Imp. adornatus, deinde accedente Justinianeo Codice antiquatus rursus. Vide Ephemerides Gallicas Tomo II. p. 72. seqq. Integer prodiit cum perpetuis & triginta annis elaboratis Commentariis Jacobi Gothofredi JC. eminentissimi, cura Antonii Marvillii Professoris in Universitate Valentina IV. Voluminibns in folio maj. Lugduni 1665.

COELESTINUS V. Pontif. Romanus, patriâ Isernensis, anteà Petrus Moroneus dictus. Obiit anno 1296. in carcere.

Ope-

Opera omnia : *Relatio de vitâ propriâ; de Virtutibus & vitiis; de hominis vanitate; de exemplis & similibus moralibus; de sententiis Patrum Eremitarum; de B. Mariæ miraculis; de Censuris; de Sacramentis; de X. præceptis Decalogi; de Ecclesiæ præceptis; de Legibus; Epistolæ VII.; Orationes XX.* editore Cœlestino Telerâ Sipontinô Theol. D. Neapoli ex Typogr. Octavii Beltrani 4. 1640.

COELIFODINA Opus incerti Scriptoris, Libros IV. continet, quorum I. de passione Christi. II. De cogitationibus. III. De morte & IV. de extremâ unctione agit Erphordiæ anno 1502. excusum.

Supplementum ejusdem per Raymundum Card. Gurcensem ibidem prodiit anno 1504.

Vidi illud in Bibliothecâ Jenensi.

CONCILIA omnia in unum collecta, & in XXXVII. Volumina, cum Indice separatim excuso, distributa, Parisiis anno 1644. ex Typographiâ Regiâ in folio, cui collectioni inserta concilia Gallicana Jac. Sirmondi, Hispanica Garsiæ Loaisæ, Anglicana Henrici Spelmanni, Lemovicense è Bibliothecâ Thuanâ editum, Florentinum Horatii Justiniani cum ejusdem Notis, Decretales item Pontificum Epistolæ & alia.

CONCILIA OMNIA à Phil. Labbæo & Cossartio vulgata. Parisiis in XVII. Volumina divisa in fol. anno 1671.

CONCILIA Generalia Ecclesiæ Catholicæ Græco-latina, jussu Sixti V. Romæ anno 1608.

CONCILIUM CONSTANTIENSE Germanicè cum pluribus figuris, insigniumque iconibus. Augustæ Vindel. excusum ab Henrico Stainer Typographo anno 1636. in fol.

CONCILIUM Illiberritanum sub initium Sæculi IV. in Hispania habitum, edidit cum discursibus Apologeticis Ferdinandus de Mendoza ad Clementem VIII. anno 1594. & post eum cum Observationibus Gabr. Albaspinæi, Garsiæ Loaysæ, discursibus apologeticis Mendozæ, & propriis Notis Emanuel Gundisalvus Tellez Doctor Salmanticensis. Lugduni fol. 1665.

CONRADUS FOSSOR vulgo Reutter, patriâ Nordlingensis, Abbas XXV. Cœnobii Keysersheymensis Ord. Cist. circa Donawerdam. Mortilogium sive Poemata. Augustæ Vindel. anno 1508. impressa. Obiit anno 1540. Vide Vischium pag. 81.

CONRADUS de PRUSSIA. Sermones idiomate germanico MS. in Bibliothecâ Rotheanâ

fuerunt in 8. Catalogus ejus Bibliothecæ pag. 64.

CONRADUS SUMMENHART de Kalwe Suevus, Academiæ Tübingensis fundator. Obiit anno 1501. De Contractibus licitis & illicitis. Venetiis apud Franciscum Zilettum anno 1580. in fol.

CONSTANTINUS CAJETANUS Syracusanus, Abbas Congregationis Cassinensis Ord. S. Benedicti, & Præsidens Collegii Gregoriani in Urbe.

Vita B. Amalarii Fortunati Trevirensis ad Scipionem Bourghesium. Romæ Typis Mascardi 4. anno 1612.

Libri II. pro Joanne Diaconô S.R.E. Card. de Gregoriô M. ejusque discipulorum Monachatu Benedictino. Salisburgi 1620. 4.

Scholia in Isidori Hispalensis, Ildephonsi Toletani, & Gregorii S.R. E. Cardin. Episcopi Vitas & actiones. Romæ 4. 16 6.

Concertatio de Libris IV. Thomæ de Kempis, quâ verus auctor Joannes Gersen de Canabaco Abbas Vercellensis declaratur. Romæ 1618.

De erectione Collegii Gregoriani in Urbe Dissertatio Epistolica Encyclica. ibid. 4. 1622.

CONSTANTINUS MANASSES sub Joanne Comnenô Imp. Constantinopolitanô clarus.

Compendium historicum, versibus politicis græcè & latinè, operâ Joan. Meursii. Lugduni Batavorum anno 1616. Comprehendit res gestas ab Origine M. usque ad annum 1081.

CONSTANTINUS PORPHYROGENNETUS, Leonis VI. Imperatoris Constant. cognomento Sapientis Filius, vide Vossium de Hist. Græcis Libro II. cap. 26.

Collectanea de virtutibus & Vitiis ex antiquis Græcis Historicis excerpta, Polybiô nempe, Nicolao Damasceno, Diodoro Siculo, & aliis, quæ ex Cypro Vir illustris Nicol. Fabricius Peirescius accepit, Henricus autem Valesius vertit, ac græcè & latinè unà cum Notis suis edidit Parisiis in 4. anno 1634. sumtibus Maturini du Puis.

De administrando Imperio Tr. gr. & lat editore Joanne Meursiô Lugduni Bat. anno 1611.

Liber de Thematibus sive agminibus militaribus per Imperium Orientale distributis, ex Bon. Vulcanii versione Antwerpiæ apud Plantinum 1580. in 8.

Liber ejusdem Operis II. græcè cum vers. & notis Frederici Morelli. Lutetiæ 16 9. in 8.

Tactica græcè. Thematum Libri II. Constitutiones novellæ IV. ex edit. Joan. Meursii græcè & latinè. Lugduni Bat. 1617. 8.

Vita Basilii Macedonis Imp. græcè cum versione Allatii, extat

cat inter Symmicta Bartholdi Nihusii.

Constantius Landus Patricius Placentinus, Complani Comes. In veterum Numismatum Romanorum Miscellanea, explicationes. Lugd. 4. apud Sebast. de Honoratis anno 1560.

CORIPPUS Grammaticus Africanus, Justino juniori Imp. coævus; cujus de laudibus IV. Libros carmine scripsit, qui editi fuere cum Com. Thomæ Dempsteri Parisiis anno 1610.

& cum notis Conradi Rittershusii, curâ Nicolai Rittershusii filii Altdorfii 4 an. 1604.

Cornelius a Baersdorp Gosensis Zelandus, Eques & Medicus Cubicularius Caroli V.

Methodus universæ artis medicæ V. partibus. Brugis apud Hubertum Crocum fol. anno 1538.

Cornelius Balbianus Flander, Medicus. Scripsit italice Speculum Chymicum. Romæ 1629. 8. Typis Ludov. Grignani.

Cornelius Celsus Medicus Hippocrates Latinus & Medicorum Cicero vocatus à Lambecio Prodromô Hist. Lit. pag. 238.

Libri VIII. de Re medicâ editore Joan. Antonio van der Linden. Lugduni Bat. 12. 1657. & ibidem anno 1665. in 12.

CORNELIUS CURTIUS Bruxellensis. Ord. Eremitarum S. Augustini Provincialis, Sacræ Cæs. M. Historiographus & Consiliarius.

De 4. Clavis quibus Christus cruci adfixus Liber I. Antwerpiæ apud Henricum Ærtsium 1634. 12. & Amstelodami sumtib. Andreæ Frisii 12. 1670. cum figuris.

Vitæ V. BB. Virginum Augustinianarũ, Claræ de Monte Falchio, Ritæ de Cassiâ, Christianæ Oringæ, Christinæ de Vice-Comitibus & Christianæ de Aquilâ. Anno 1636. Coloniæ.

Elogia Virorum illustrium Ord. Erem. S. Augustini, cum imaginibus ad vivum expressis. Antwerpiæ 4. 1636. apud Joan. Cnobbarum.

Vita S. Nicolai Tolentinatis, aliorumque aliquot Ord. Erem. S. Aug. Beatorum. ibid. 1637. 16.

CORNELIUS FRANGIPANI Italus. Historia Alexandri III. Pontificis Romani. Italicè Venetiis in 4. anno 1615.

CORNELIUS GEMMA Lovaniensis, Medicinæ ac Mathematum Professor, ubi & annô 1579. obiit. Valerius Andreæ. De arte Cyclognomica Libri III. Antwerpiæ ex officina Christoph. Plantini 4. 1569.

CORNELIUS HANEGRAVIUS Canonicus Regularis Præmonstratensis, Romæ Ordinis sui Procurator, & Collegii S. Norberti Præses. Compendium Vitæ & instituti S. Norberti Italicè.

cè. Romæ 1632. 8. Typis Jac. Mascardi.

CORNELIUS KEMPIUS Doccumensis Frisius. Obiit anno 1587.

De Origine, Situ & qualitate Frisiæ Libri III. Coloniæ in 8. anno 1588. apud Gosvinum Cholinum.

CORNELIUS de SNEKIIS Frisius Ord. S. Dominici, S. Theol. Professor Rostochii. Obiit anno 1531.

Vidi ejus Rosarium B. Mariæ Virginis Rostochii anno 1517. impressum. Sunt autem Sermones XXI. super Fraternitate de serto rosaceo B. Mariæ.

Le COSE maravigliose dell almaCitta di Roma, dove si tratta delle Chiese, stationi, reliquie, & corpi santi che visono in Roma. Anno 1646. 8. Romæ per Mascardum.

COSMAS LENZUS. Annales Clericorum ministrantium infirmis. Neapoli fol. anno 1641.

COSMAS MAGALIANUS In Canticum Moysis & benedictiones Patriarcharum Com. Lugduni f. 1619. Com. in Josuam fol. ibid. 1609. Com. in Librum Judicum in fol. ibid. 1626.

Commentarius in tres Epistolas S. Pauli ad Timotheum & Titum ib. 1609. in 4.

CRITICI SACRI sive annotationes Variorum auctorum in universam S. Scripturam, in unum collectæ à Theologis aliquot Anglis, Joanne scilicet & Richardo Pearsoniis, Antonio Scattergoud, & Francisco Goiddman, inque novem magna volumina digestæ, Typis prodierunt Londini in fol. VI. Typographorum operâ conjunctâ, anno 1660. Autores ex quibus dictæ annotationes desumptæ, recenset Hottingerus, Tomo I. Bibliothecarii cap. 3. pag. 59.

Opus hoc in Synopsin redegit alius quidam Anglus, Mathæus POLUS quæ Londini IV. Tomis in folio edita est.

CUMANNUS FLINSBACHIUS Ecclesiæ Bipontinæ Minister anno 1567.

De Genealogia Christi Libri III. Basileæ anno 1567. per Joan. Oporinum in fol.

CURSUS Varii Episcopatus Havelbergensis Lipsiæ anno 1509. per Melch. Lotter.

CURTIUS MARINELLUS Venetus Philosophus & Medicus.

De morbis nobiliores animæ facultates obsidentibus. Venetiis apud Juntas 4. 1615.

CURTIUS RUFUS sub Vespasiano Imp. clarus. Vide Vossium Libro I. cap. 28. de Hist. Lat.

De Alexandri M. rebus gestis Libri VIII. cum supplementis priorum duorum, & Comm. Joan. Freinshemii in 4. Argentorati

torati anno 1670. quæ nitida editio.

S. CYPRIANUS sub Galliено Imp. Martyrium passus.

Opera omnia ex recensione & cum Notis Nicol. Rigaltii, commentariis item Pamelii & Priorii. Parisiis apud Joan. du Puis anno 1666. in fol. Hæc editio omnium optima.

Vidi & editionem quandam Coloniæ apud Joan. Soterem anno 1522. in 8. impressam, alias in sequentibus Tomis dabo.

CYPRIANUS HUERGENSIS Monasterii Nucalensis, Ord. Cist. religiosus, & in Acad. Complutensi Sacræ Scripturæ publicus Professor. Obiit anno 1560.

Commentaria in Canticum Cant. & in Jobum, editore Ignatio Firmino. Compluti in fol. apud Joan. Iniquez de Lequerica. 1582.

CYRILLUS Alexandrinus Archiepiscopus ab anno 413. ad 444. vide Possevinum p. 402. Sixtum p. 275. Olearium p. 124.

Opera omnia in VI. Tomos distributa græcè & lat. editore Joanne Auberto Laudunensi Canonico. Parisiis in fol. anno 1638.

Homiliæ XIX. in Jeremiam è MS. Bibl. Scorialensis græcè cum int. Balthasaris Corderii Antwerpiæ 1648. apud Plantinum 8.

CYRILLUS Hierosolymitanus Episcopus sub Constantio Imp. factus, Obiit Theodosio imperante. Opera omnia græce & latinè fol. Parisiis anno 1640.

CYRILLUS Monachus græcus. Speculum sapientiæ sive Apologi morales editore Balth. Corderio è Soc. Jesu. Viennæ anno 1631.

D.

DAMASUS Pontifex Max. Ecclesiæ Romanæ circa annum 367. Opera quæ extant omnia: addita est Vita ex Codd. MSS. cum Notis Martii Milesii Saracanii JC. Romani, in carmina. Editore Federico Ubaldino ex Bibliotheca Barberina ad Urbanum VIII. Romæ 1638. typis Vaticanis, & Parisiis apud Ludov. Billaine 1672. 8.

DANIEL BRENIUS Socinianus, & Chiliasta. Vide de eo Adamum Tribbechovium in historia Chiliasmi cap. 4.

In Vetus & novum Testamentum annotationes. Amstelodami in folio anno 1664.

Tractatus de Regno Christi glorioso, in terris per ipsum erigendo ibid. anno 1664. additus est ejusdem dissertatio de qualitate regni D. N. J. C.

DANIEL CERETUS Brixiensis, Medicus. anno 1470. clarus. Panegyricus eleganti carmine de præcellentibus suæ ætatis Viris Brixiensibus, & alia MS.

apud Octavium Rubeum Patritium Brixiensem teste Vossio de H. Lat. Lib. III. cap. 10.

DANIEL MALONIUS Congregationis Hieronymianæ, sacrarum litterarum in Academia Bononiensi Professor.

Elucidationes in stigmata Domini nostri J C. Sacro Sindoni impressa & ab Alphonso Palæoto explicata. Venetiis anno 1606. apud Baretium.

DANTES ALIGERIUS Florentinus. Vide de eo Lilium Gyraldum dialogo V. pag. 667. Obiit Ravennæ in exilio anno 1321. teste Bucholcero Indice Chronol. p. 360.

Poemata Italica cum expositione Christophori Landini & Alex. Vellutelli, editore Francisco Sansovinô Florentinô. Venetiis apud Joan. Baptistam Sessam & fratres in fol. anno 1564.

DARIUS TIBERTUS Poeta & Eques Cæsenas an. 1492. clarus. Epitome Vitarum Plutarchi. Basileæ apud Oporinum 4. 1541.

DAVID de AUGUSTA Ordinis Minorum. Opuscula pia & devota Augustæ Vindelic. an. 1596.

R. DAVID GANTZ Hebræus. Chronologia sacra & profana à condito M. ad annū Mundi 5352. vel Christi 1592. dicta Zemach David, ex Hebræo latine versa & Observationibus illustrata per Guiliel. Henricum Vorstiū 4 Leydæ 1644. addita sunt Pirke sive capitula R. Eliezer.

DAVID HAEX Antwerpiensis, JCtus, Urbano VIII. a cubiculis. Dictionarium Malaico-Latinum, & Latinô Malaicum Romæ 4. 1631.

R. DAVID KIMCHI Judæus sæculo XII. post Christum Natum clarus. Psalmos IV. cum interpretatione ejus Hebraicâ, edidit Hebraicè cum versione sua latinâ Joannes Bourdelotius Senonensis, advocatus Consistorii aulici. Lutetiæ Parisf. in 4. anno 1619.

Commentarii in omnes Psalmos Davidis ex Hebræo Latinè redditi a Domino Ambrosio Janvier Congreg. S. Mauri Monacho Benedictino. Parisiis in 4. apud Lud. Billaine an. 1666.

DAVID LENFANT Ord. Præd. Concordantiæ Augustinianæ, in quibus colligit simul loca omnia, in quibus D. Augustinus eodem vocabulo usus est. Tomus I. Parisiis fol. 1656.

Tomus earundem II. ib. in fol. ap. Seb. Cramoisii & Seb. Mabre Cramoisii anno 1665.

Biblia S. Thomæ. Parisf. 4. 1667.

Biblia S. Bernhardi. ib. 1655. 4.

DAVID a MAUDEN Antwerpianus Bruxellæ in Ecclesia B. Mariæ de Capella Pastor. Obiit a. 1641.

Discursus morales in præcepta Decalogi Lovanii 1625. fol. typis Henrici Hastenii.

Spe-

Speculum aureum Vitæ moralis five de Vita Tobiæ Tracta tus. Antwerpiæ typis Joan. Meursii 1631. fol.

Demetrius Pepagomenus Medicus Græcus.

De Arthritide seu Podagrâ liber latine factus per Joan. Bourghesium Medicum Iprensem. Audomari in 8. 1619. Typis Boscardi.

DEMOCRITI Milesii sub nomine Physicorum & mysticorum librum possedit Joan. Elichmannus Medicus Leidensis, teste Lindenio de Scriptis Medicis pag. 156. Meminit ejus quoque Salmasius Com. ad pallium Tertulliani pag. 188. edit. Belgicæ sed addit infimæ omnia Græciæ esse, sub Democriti nomine conficta.

Demosthenes Orator Græcus Aristotelis & Alex. M. coætaneus.

Opera græcè & lat cum Comm. Græcis Ulpiani Rhetoris in Orationes quasdam & Hieronymi Wolfii annot. Genevæ anno 1604. fol. additæ sunt Æschinis declamationes.

Fl. Dexter Barcinonensis, Paciani Episcopi filius, B Hieronymo coætaneus.

Chronicon à Christo Nato ad annum usque 430. primus (ita inscriptio sonat) è tenebris eruit & amplissimis Commentariis illustratum publici juris fecit Franciſc. Bivarius Madritensis. Lugd. 1627. fol. ap. Claudium Landrii.

DIDACUS COLLADO Ordinis Prædicatorum Monachus.

Compendium Thesauri Linguæ Japonicæ & Grammatica. Rom. 4. 1632. Typis Congregat.

Didacus Covarruvias a Leyva Toletanus, natus anno 1512. Episcopus Segobiensis, & Senatus Regii in Hispaniâ Præses. Obiit Madriti anno 1577. ætatis 66.

Opera omnia Juridica. Lugduni ex officinâ Juntarum anno 1594.

DIDACUS DACA Colmenariensis (quod oppidum agri Carpetani est, Toleto haud procul) Hispanus, è Soc. Jesu. Obiit anno 1623.

Commentatio parænetica & exegetica in duo capita priora Epistolæ Jacobi. Compluti in f. anno 1626.

Didacus de Matre Dei Hispanus.

Chronicon Ordinis discalceatorum S. Trinitatis & redemptionis captivorum, idiomate Hispanicô. 2. Vol. Madriti 1652. in fol.

DIDACUS MORANUS Lusitanus, Medicus.

Apologiæ III. de Epilepsiâ hystericâ: de venæ sectione in nifluore hæmorrhoidum: de ventris tumore. Orthesii apud Abrah. Rougerium in 4. anno 1626.

DIDACUS PEREZ de Salamanca Hispanus, JC.

In IV. Libros priores & posteriores

riores Ordinationum Regni Castellæ Commentariorum Libri II. Salmanticæ apud Vinc. e Portonariis. 1574.

Didacus Sanchez Carracetensis Ord. Cist. in Hispaniâ Monachus. Agricultura Spiritualis. Burgis ap. Baptistã Barefsinũ 1603.

Didacus de Soria Granatensis. Certamen Medicum & propugnatio antiquitatis contra innovatores. Granatæ 1635. in fol.

DIDACUS STELLA Lusitanus Provinciæ S. Jacobi, illustrissimo Card. Granvellano à secretis, Ordinis Minorum.

Commentarius in Evangelium S. Lucæ fol. Antwerpiæ 1654. apud Guil. Leestenium.

Didacus Stunica Salmanticensis, Ordinis Carmel. Schotto in Bibl. Hisp. teste T. II. p. 263.

Commentarius in Jobum. Toleti apud Joan. Rodericum 4. 1584.

Didacus Lopez Stunica Castellanus. Obiit anno 1510.

Itinerarium ab oppido Complutensi, usq; ad urbem Romam, ad Joannem Stunicam Fratrem, Divi Jacobi auratum Equitem, Romæ anno 1521. Edidit denuò Andreas Schottus ad calcem Bibliothecæ Hispanicæ.

Dilige Stare in Claustro Libellus asceticus incerti Scriptoris. Coloniæ per Hermannum Baumgart an. 1497. impressus est.

DINUS de Garbô Florentinus, Medicus. Chirurgia & alia Opuscula in fol. excusa Ferrariæ ap. Andream Gallicum annô 1485.

DIO CASSIUS, Nicææ urbe Bithyniæ natus, consulatum gessit, cum Imperatore, Alexandro Mammeæ filio, anno urbis conditæ 981. Historiæ Romanæ Libri XXV. superstites ex LXXX. qui incipiunt a Luculli gestis, ac desinunt in morte Claudii Cæsaris, in lucem editi sunt græce cum versione Guilielmi Xylandri in fol. apud Henricum Stephanum anno 1591.

Diodorus Siculus sub Julio Cæsare & Augusto Imp. vixit. Bibliotheca Historica, de rebus Ægyptiis, Assyriis, Medicis, Persicis, Græcis, Romanis, Punicis atq; aliis, Libri XV ex XL. reliqui, Græce cum interpretatione Laurentii Rhodomanni: addita sunt fragmenta eorum, qui no extant. Hanoviæ fol. 1604. Typis Wechelianis, apud Aubrios.

Diogenes Laertius sub Antonio Pio clarus.

Libri X. de Vitis Philosophorum græce cum interp. lat. ac Notis Henrici Stephani & Is. Casauboni. anno 1593. 8.

Iidem græce cum interp. latinâ ac Notis Thomæ Aldobrandini. Romæ 1594. in fol. apud Aloysium Zannettum.

Iidem Græce cũ interp. Aldobrandini, cujus item Notæ ad Vitam Leu-

Leucippi usq; , nec non utriusq; Casauboni Isaaci & Merici, deniq; amplissimi Commentarii Ægidii Menagii accedunt, curâ Joannis Pearsonii. Londini apud Octavianum Pulleyn, Typis Thomæ Ratcliffe in fol. anno 1664. Quæ postrema optima & pulcherrima est editio.

MOMEDES Grammaticus. Libri III. de arte Grammaticâ ad Athanasium quendam perscripti, ex emendatione & cum Scholiis Joannis Cæsarii. Lipsiæ Typis Jacobi Berwaldi in 8. annô 1541.

MON CHRYSOSTOMUS cognomentô, patria Prusæensis, Domitiani, Nervæ & Trajani vixit ætate, teste Vossio de Rhetorices naturâ cap. XII.

Orationes LXXX. cum interpretatione Thomæ Naogeorgi, ex recensione Federici Morelli, & notis Isaaci Casauboni. Lutetiæ apud Claudium Morellum in fol. annô 1604.

DIONYSIUS AREOPAGITA. De scriptis, quæ nomine ejus insignita feruntur, confer Rivetum Criticô sacrô Lib. I. cap. 9. 10. 11. Joan. Dallæum peculiari libro. Olearium abaco PP. p. 137. Ephemerides Gallic. T. II. p. 445. Possevinum Appar. p. 469. Bellarminum de Scrip. Eccl. pag. 43. Prodierunt autem in unum collecta græce cum versione Joach. Perionii correctâ, Scholiis Maximi, & paraphrasi Pachymeræ, additâ dissertatione apologeticâ de vita & scriptis Dionysii Areop. Parisiis anno 1615. apud Mich. Sonnium.

Eadem græce & latinè, cum Scholiis Maximi Martyris, & Pachymeræ paraphrasibus, operâ Balthasaris Corderii e Soc. J. cujus Notæ adduntur, Tomis II. Antwerpiæ apud Moretum anno 1634. in fol. Quæ editio Parisiis anno 1644. recusa est.

DIONYSIUS BIZANTIUS. Navigatio per Bosphorum Thracicum. MS. græcè fuit apud Lucam Holstenium, qui Tomo primo Syntagmatis Geographici dare constituerat. Habuit & Petrus Gylius, qui multa ex eo in Opere suo de eodem Bosphoro adducit.

DIONYSII CHARACENI Ixeutica græca aliquando in lucem a se producenda ait Vossius ad Melam pag. 73.

DIONYSIUS HALICARNASSENSIS, sub Augusto Imp. clarus.

Historiæ Romanæ ad annum ab Origine Urbis CCCXII. Libri XI. græce cum versione Æmilii Porti: addita est Glareani Chronologia. Lugduni apud Franciscum Fabrum 1592. fol.

DIONYSIUS LONGINUS Atheniensis, Porphyrii Præceptor, sub Valeriano Imp. clarus,

ϕὲ ὕψους sive de sublimi dicendi genere libellus græcè & lat. cum Notis Gerardi Langbaine 8. Oxoniæ anno 1639.

Idem cum illustratione Caroli Manolessi 4. Bononiæ 1644. græcè & latinè cum Notis Tanaquilli Fabri Salmurii anno 1663 in 8.

DIONYSIUS NESTOR *Novariensis, Ordinis Minorum Monachus. Vocabularium Latinum Argentinæ anno 1507. in ædibus Joan. Pruis.*

DIONYSIUS PERIEGETES *circa Augusti Imp. Tempora clarus. vide Vossium L. II. p. 171.*

Periegesis (περιήγησις) cum scholiis Eustathii græcè Lutetiæ anno 1547. in 4.

Eadem Latinis reddita versibus ab Andreâ Papio Gandensi: additus est ejusdem Operis interpres Priscianus quidam & nonnulla scholia. Antwerpiæ in 8. Typis Plantinianis 1575.

DIOPHANTUS ALEXANDRINUS. *Arithmeticorũ Libri VI. græcè & Latinè, cum Commentariis Claudii Gasp. Bacheti. Lutetiæ sumptibus Hieron. Drovart 1621.*

Iidem: additus est Liber de numeris multangulis græcè cum int. & Comm. ejusdem Bacheti. Accedunt Notæ Fermati senatoris Tolosani. anno 1670. Tolosæ in fol.

DIOSCORIDES *Anazarbeus Medicus Græcus.*

Opera græcè & Latinè cum Notis Saraceni. fol. Francof. 1598.

DIOSCORIDIS *cujusdam ἄλλα φάρμακα nondum edita sunt in Bibliothecâ Mediceâ, teste Velschio pag. 15. de Venâ Medinensi ex Redo de viperis p. 47. qui Euteenii putabat.*

DITHMARUS, *Sigefridi, Saxonici Comitis filius, Mersburgensis in Misniâ Episcopus, vixit Henrici II. temporibus.*

Chronicorum Libri VII. quibus complectitur gesta V. Imperatorum, Henrici I. Ottonum I. II. III. & Henrici V. editore Joachimo Joanne Maderó. Helmstadii anno 1667. in 4. sumtib. Henningi Mulleri.

DIVINORUM ACTORUM *Liber ingenuæ Misnensis Ecclesiæ formulam ac ritum continens, luculenter & nitidè impressus in officinâ Librariâ Melchioris Lotteri Lipsiæ anno 15. 12. curâ Episcopi Misnensis de Saalhausen.*

DODO RICHEA *Benedictinus. Theatrum funebre exhibens pervarias scenas, Epitaphia nova, antiqua, seria, jocosa. Salisburgi sumtibus Joan. Bapt. Mayer 4. 1673.*

DOMINICUS BANNETZ *Cantaber oppido Mondragonio oriundus, Ordinis S. Dominici, & in Academiâ Salmanticensi sacrarum litterarum interpres.*

In primam partem D. Angelici Commentarii. Duaci apud Petrum Borremans in f. anno 1614.

DOMINICUS *de* FLANDRIA *Ordinis Prædic. vulgò Magister profundissimus dictus, claruit anno 1470.*

Libri XII. Metaphysicorum secundum expositionem D. Thomæ, ex edit.

Cos-

Cosmæ Morelles S. Th. Doctoris. Coloniæ 1671. in fol.

DOMINICUS GARCIAS *Hispanus S. Theol. D., & in Acad. Complutensi Hebrææ Linguæ moderator primarius, postmodum Canonicus Deiparæ Virginis de Pilari, & Censor deputatus inquisitionis in regno Aragonum circa annum 1620. Propugnacula validissima Religionis Christianæ, contra obstinatam perfidiam Judæorum. Cæsaraugustæ anno 1606. Meminit Wagenseilius ad Librum Sota paginâ 203.*

In caput XXII Geneseos Quæstiones. fol. ib. 1624.

DOMINICUS GERMANUS de Silesiâ superiori, Ordinis Minorum de Observantiâ religiosus. *Vir omnium propemodum LL. Orientalium sed Arabicæ maximè peritus.* Velschius de Venâ Medinensi cap. I. p. 18. Wagenseilius ad Librum Sota pag. 1100. secum eò in Cœnobio Scorialensi, ubi Summi Pontificis jussu degebat, ut MSS. codicibus Bibliothecæ illius adjutus, accuratam Alcorani versionem componeret, notitiam contraxisse, ait. Fabrica magna Linguæ Arabicæ, cum interp. Latinâ & Italicâ accommodatâ ad usum Linguæ vulgaris & Scripturalis. Romæ fol. 1639. Typis Congregationis.

Fabrica picciola della Lingua Arabica vulgare è Italiana. ibidem in 4. anno 1636.

DOMINICUS GINNASIUS S. R. E. Cardinalis, Episcopus Ostiensis. Obiit anno 1639. Vide Argolum de diebus Criticis Tomo II. p. 81.

Enarrationes in Psalmos Davidis T. II. Romæ in fol. 1636. apud Grignanum.

DOMINICUS à J su Auriliacensis Arvernus, Carmelita discalceatus.

Acta Canonizationis S. Andreæ Corsini Carmelitæ, Episcopi Fesulani, & spicilegium Episcoporum Ordinis Carmelitarum. Parisiis apud Claudium Sonnium 1638. in 8.

DOMINICUS à SOTO Segobiensis, Ordinis Prædic. Francisci à Victoriâ auditor & in Academiâ Salmanticensi successor, Carolo V. Imp. à concionibus & confessionibus. Obiit anno 1560.

Commentarii in IV. Sententiarum Libros. Duaci apud Petrum Borremans in f. anno 1613.

Commentarius in Epistolam ad Romanos. Salmanticæ fol. 1530.

DOMINICUS TEMPESTA *Romanus. Vitæ summorum Pontificum à Christo Jesu ad Clementem VIII. Latino Italicoq; sermone breviter conscriptæ, cum effigiebus eorum ex nummis & picturis excerptis. Romæ apud Hieron. Franzinum anno 1596. in 8. & ibidem anno 1600.*

DOMINICUS VENETUS *Episcopus primum Torcellanus, deinde Brixiensis.*

sis. De Cardinalium legitimâ creatione Tractatus, Calixto III. Papæ oblatus, è MS. primò editus à M. Antonio de Dominis teste Joan. Conr. Dieterico in addendis ad Flacii catalogum p. 18. 35.

DONATUS BERTELLUS *Typographus Venetus.*

Le vere imagine delle più nobili citta del mondo. Venetiis 4. 1572.

DORMI SECURE *sermones Dominicales sic inscripti incerti auctoris, à Rodulpho Clatio Luxenburgensi Ord. S. Dominici Theologo & Ecclesiaste emendati ac notis illustrati. Coloniæ ap. Petrum Henningium in 8. an. 1625.*

DRACONTIUS *Hispanus De Opere VI. dierum carmen heroicum: ad Deum & Theodosium Imp. excusatio, elegiacos quos libellos Eugenius, Episcopus Toletanus jussu Chindaswinthi emendavit. In lucem prodierunt cum Notis Joan. Weitzii Francofurti 1610. 8.*

Cum Notis Jacobi Sirmondi Parisiis anno 1619.

Cum Notis Andreæ Rivini. Lipsiæ anno 1651. in 8.

DUNCANUS LIDDELIUS *Scotus. Opera Iatro Galenica, opera Ludovici Serrani Medici Lugd. edita Lugduni sumtib. Antonii Chard. 1624. 4.*

DURANDUS *abbas Troarnensis. De SS. Cœna, libellus adversus Berengarium, editus primum à Luca Dacherio unà cum Lanfranci Operibus.*

DYNUS de MUXELLO *JCtus. Obiit Bononiæ anno 1304.*

Commentarii in Regulas Juris Pontificii, cum additionibus Nicolai Boerii Regii in Senatu Burdegalensi Consiliarii & Præsidis, aliorumq; JCtorum, juxta indicem Expurgatorium emendati. Coloniæ sumptibus Conradi Butgenii & Petri Henningii in 8. anno 1617.

E.

EADMERUS Britannus, ex Abbate ad S. Albanum, D. Andreæ in Scotiâ Præsul, sub Henrico I. Rege Angliæ, circa an. 1120. clarus. Libri VI. de rebus gestis sui Temporis ab anno Christi 1066. ad annum 1122. ex Bibliotheca Roberti Cottoni Equitis editi & annot. illustrati a Joanne Seldeno anno 1623.

EBERHARDUS ALTAHENSIS Archidiaconus Ecclesiæ Ratisponensis, sub Adolpho Nassovio, & primis Alberti Austriaci temporibus clarus.

Annales de Ducibus Austriæ, Bavariæ & Sueviæ, ab anno 1273. ad annum 1305. E Codice MS. Monasterii SS. Afræ & Udalrici, quod est Augustæ Vindel. divulgavit Henricus Canisius Tomo I. Lectionum ant. 4.

EDMUNDUS CASTELLUS S. Theol. D. Regiæ Britanniæ Maj. à Sacris, Linguæ Arabicæ apud Cantabrigienses Professor, Ecclesiæ Christi Cantuarensis Præbendarius.

Lexi-

Lexicon heptaglottum Hebraicum; Chaldaicum; Syriacum; Samaritanum; Æthiopicum; Arabicum; Persicum. Londini imprimebat Thom. Roycroft anno 1669 in fol. maj.

EDMUNDUS DICKINSONUS Anglus, Magister artium & Collegii Mertonensis apud Oxonienses socius. Delphi Phœnicissantes sive dissertatio, in quâ Græcos quicquid apud Delphos celebre erat e Josuæ historiâ & scriptis sacris effinxisse ostenditur. Addita diatribe de Noæ adventu in Italiam & ejus nominib. Ethnicis. Oxoniæ anno 1655. in 8.

EDOARDUS BOLNESTUS Medicus Regis Angliæ ordinarius. Aurora medica sive rationalis methodus præparandi animalia; vegetabilia & Mineralia pro usu Medico. Anglicè. Londini 1672. 8.

EDOARDUS BRERWOOD Anglus Astronomiæ Professor Londini in Collegio Greshamensi.

De ponderibus & pretiis veterum Nummorum, eorumq; cum recentioribus collatione, Liber. Londini ap. Joan. Billium 4. 1614.

Tractatus Ethici. 4. Oxoniæ anno. 1640.

EDOARDUS HERBERT Baro de Cherbury Anglus.

De religione Gentilium Tractatus Amstelodami 1663. in 4.

Expeditio in Ream Insulam 8. Londini 1656.

EDOARDUS LEIGH *Anglus Staffordiensis, Eques & armiger, Magister artiũ collegii Magdalenensis Oxoniæ.*

Tractatus de religione ac eruditione, deq; religiosis & doctis hominibꝰ eorumve scriptis, Libri VI Anglicè. Londini sumtib. Caroli Adami fol. 1656.

Critica sacra on the Hebrew of the old Testament, and on the Greek, of the new Testament fol. ibid. an. 1650.

EDOARDUS MATHEW *Anglus Monachus Ord. Bened.*

Congregationis Anglicanæ Ord. Ben. trophæa. Remis apud Nicolaum Constant 1625. in 4.

EDOARDUS SIMSON *Anglus Chronicon Catholicum ab Orbe condito ad annum usque Christi LXXI. Oxoniæ fol. 1652.*

EDOARDUS WOTTONUS *Oxoniensis. De differentiis animalium Libri X. ad Eduardum VI. Angliæ Regem. Lutetiæ Paris. apud Vascosanum fol. 1552.*

EGINHARDUS *Caroli M. Imp. Cancellarius: deinde primus Abbas Coenobii Salingestadiensis. vide de eo Vossium de H. Latinis Lib. II. cap. 33.*

De vitâ Caroli M. Liber elegans, cum Com. Georgii Helwich Moguntini. Francofurti 1631.

Idem cum observationib. Friederici Besselii Prussi. Helmstadii 4. 1667.

Annales Rerum gestarum Pipini, Caroli M., & Ludovici Pii ab A. 741. usq. ad A. 829. MS. in Bibl. Vindobonensi teste Lambecio in Catalogo Operum propriorum p. 26. qui & Tomo II. De laudatâ Bibl. Comm. à pag. 393. ad 398. anonymi auctoris Chronicon Regum Francorum publicavit, quod Eginharti credit.

EILARDUS *ab Aimâ Frisius Obiit Heidelbergæ annô 1586. De bello Gigantum Libri IV. carmine. Typis Santandreanis 4. 1587.*

R. ELDAD *Danita. Liber de Judæorum fluvio Sabbathico, Judæis clausis & eorum in Æthiopiâ imperiô latinè per Geuebrardum unà cum Seder Olam Rabba sive Chronologiâ Hebræorum majori Lugduni anno 1608. in fol. editus.*

ELIAS LEVITA. *Lexicon Chaldaicum editum à Paulo Fagiô Isnæ anno 1541. in fol.*

ELIAS PUTSCHIUS *Antwerpianus. Obiit annô 1606. æt. XXVI. Grammatici veteres XXIII. quà editi antea, quà inediti. Francofurti in 4. Typis Claudii Marnii anno 1605.*

ELIAS *à S.* TERESIA *Antwerpianus, ad S. Willebrordum in Suburbanis ejusdem oppidi Pastor, post Carmelita excalceatus.*

Legatio Ecclesiæ triumphantis ad militantem pro liberandis animabus defunctorum fidelium è Purgatorio T. II. Antwerpiæ in fol.

ELIAS VINETUS *Santo. De Scholâ Aquitanicâ Tractatus. Burdigalæ in 12. apud Simonem Millangilum anno 1585.*

ELIGIUS BASSAEUS *Flander, Ord. Minorum S. Francisci Capuccinorum.*

Flores totius Theologiæ Practicæ, tum Sacramentalis, tum moralis, ordine alphabeticô, Tomus I. Antwerpiæ in f. annô 1648.

Ejusdem Operis Tomus II. ibid. anno 1658. in fol.

ELISABETHA Erici Senioris Ducis Brunsvvic. Conjux filia Joachimi I. Electoris Brandeburgici, circa annum 1540. *Matrona* vocatur, *prudentissima* à Dn. Martino Sylvestro Grabe in vitâ Urbani Rhegii, formulis ejus cautè loquendi præfixâ, *& piissima, sicuti vel ex solâ instructione, quam anno 1545. manu suâ exaratam filio Erico Juniori tradidit, & in Bibl. Electorali Regiom. inter κειμήλια adservatur, colligere sit.*

ELISABETHA JOANNA LEONIS ex nobili Westoniorum familiâ in Angliâ, sub Rudolpho Imp. clara.

Poemata & Epistolæ, curâ G. Martini a Baldhoven Silesii. Pragæ Typis Pauli Sessii, anno non addito in 8.

EMANUEL CHRYSOLORAS Francisci Philelphi socer, anno 1440. vixit. Epistola de comparatione veteris & novæ Romæ ad Imperatorem Const. Joannem Palæologum; Et aliæ duæ de eodem argumento ad Joannem & Demetrium

trium Chrysoloras, editæ à Petro Lambecio græcè & Latinè unà cum Georg. Codino.

Emanuel Dalmayda Lusitanus. Historia Generalis Æthiopiæ, idiomate Lusitanico, curâ Balth. Tellez Jesuitarum Lusitaniæ Provincialis, ex originali Patris Dalmaydæ descripta & edita Conimbricæ anno 1660. in fol. Est autem prolixa narratio & relatio de regnis & Provinciis sub Imperio Abissino comprehensis, eorum moribus, gubernatione, militia, civitatibus, proventibus Imperatoribus, religione, arboribus, animalibus & aliis. Vide acta Philosophica Anglicana Tomo V. pag. 216.

Emanuel Nonnius Olyssiponensis, Medicus.

De tactu & tactus organo Liber unus. Olyssipone apud Anton. de Lyrâ 1589. 8.

EMANUEL PHILES sive Philus quomodo eum appellat Francisc. Redus de insectis p. 88. ubi addit, Michaelis Curopalatæ, vel Michael. Balbi ætate vixisse, & ferè omnia ex Æliano desumsisse.

De animalium proprietate Liber Jambis conscriptus, quem primus Carolo V. dicatum evulgavit Arsenius Monembasiæ Archiepiscopus. Extat græcè & latine in Corpore Poetarum Græcorum Genevæ in fol. impresso.

EMANUEL RODRIQVEZ Ord. Erem. S. Augustini, Scholarum Antwerpiensium Præfectus.

Grammatica Angelorum mysticorum sive Labyrinthus Cryptographicus. Antwerpiæ apud Wolffscharium anno 1639.

Epigrammata: Et Tragœdiæ quæ Herodes sæviens, & Rodericus fatalis. ibid. 8. an. 1645.

EMANUEL ROMAN Ordinis Carmel. Monachus, patriâ Hispanus, anno 1630. clarus.

Elucidationes varias de antiquidad & Ecritores illustres della Orden del Monte Carmelo. Madriti anno 1618. in 4.

Emanuel de valle y moraes Theologus Lusitanus.

Historia Brasiliæ idiomate patriô. Eboræ apud Laurent. Crasbeeck anno 1620.

Emundus Figrelius Professor historiarum in Acad. Upsaliensi circa annum 1656.

De statuis illustrium Romanorum Liber singularis. Holmiæ in officina Joan. Jansonii 8. 1656.

EMUNDUS MERILLIUS Tricassinus JCtus.

Libri III. animadversionum ex Cujacio. 4. Parisiis anno 1638.

Commentarius in IV. Libros institutionum 4. ib. 1654.

EMUNDUS RICHERIUS Theologus & Collegii Cardinalitii apud Parisienses Moderator.

Obstetrix animorum sive Ratio do-

docendi, ſtudendi, converſandi, imitandi, judicandi, componendi. 8. Francofurti anno 1617.

De optimo Academiæ ſtatu Libri duo. Pariſiis 1603. in 8.

ENCOLPIUS de vita Alexandri Severi Librum ſcripſit, quem ſæpius allegat Æl. Lampridius in ejuſdem Imp. vitæ hiſtoriâ. Seldenus ad periocham Eutychii p. 174. ita: *Prodiit ante annos ferme abhinc centum Londini libellus Anglicanus* IMAGO GUBER NATIONIS *ſive* The Image of Governance *dictus, quem in Epiſtolâ ad proceres Anglicanos dedicatoriâ, è græco ſermone tranſtuliſſe ſe ait Thomas Eliotus Eques auratus, atque exemplar græcum commodatò accepiſſe à Clariſſimo qvodam Neapolitanô cui nomen Pudericus. Autorem libelli aſſerit fuiſſe Encolpium, Alexandrò Severó à Commentariis. Sed Græculi alicujus recentioris commentũ libellũ iſtum fuiſſe, utcunq; ſanè Lampridio ſubinde ſatis concordem, non dubito.*

ENGELBERTUS Abbas Admontenſis, Ord. Bened. in Styriâ circa annum 1308. clarus.

Speculum Virtutum, in Ducum Auſtriæ & Styriæ Alberti atque Ottonis filiorũ Imp. Alberti I. & nepotum Imp. Rudolphi I. gratiam & uſum compoſitum.

E codice MS. Bibl. Vindobonenſis dabit Petrus Lambecius in Syntagmate Rerum Germanicarum.

ENNIUS POETA Latinus antiquiſſimus, Nat. anno ab U.C. 616.

Fragmenta ejus collegit & edidit Hieron. Columna nobilis Romanus. Neapoli anno 1590. in 4.

Et poſt eum Paulus Merula cum Comm. ampliſſimis. Lugduni Bat. impenſis Joan. Paetſii & Lud. Elzevirii anno 1595. in 4.

Magnus Felix ENNODIUS Epiſcopus Ticinenſis circa annum 503. clarus.

Opera ejus, Epiſtolæ, carmina & alia, cũ Notis Jacobi Sirmondi. Pariſiis anno 1611. ap. Cramoiſium.

EPHRAEM SYRUS Diaconus Eccleſiæ Edeſſenæ in Syriâ, circa annum 376. clarus.

Opera omnia gr. & latinè cum Notis Gerardi Voſſii Tungrenſis, Tomis III. Romæ in f. anno 1589.

De Maria & Magis Canticum ex Syriaco translatum ab Abrahamo Echillenſi ibid. 1645.

EPICTETUS Philoſophus Stoicus ſub Antoninis clarus.

Enchiridion cum Paraphraſi græcâ antiquâ & annotationibus Merici Caſauboni. Londini 8. 1659. apud Schirleum.

Idem unà cum diſſertationib. Arriani græcè & latine. Cantabrigiæ 8. anno 1655.

Idem Arabice ex Bibliotheca Dn. Elichmanni Medici. græcè ac latinè, cum Comm. Simplicii & ampliſſimis diſſertationibus Cl. Salmaſii. Lugd. Bat. 1640. in 4.

S.E-

S. EPIPHANIUS Salaminæ in Cypro Episcopus sub Valente, Gratiano & Theodosio Impp. clarus.

Opera versa per Albanum Torinum, Latinè excusa Parisiis in fol. an. 1544. apud Vivantium Glautherot sub insigni D. Martini.

Eadem græce & latinè edita operâ & studio Dionysii Petavii Tomis II. Lutetiæ Paris. an. 1622. ap. Cramoisium.

EPIPHANIUS H G.OPOLITANUS, Monachus Græcus.

Loca Orientis sacra oratione prosâ descripta. E Bibliothecâ Vaticana desumptum hunc libellum & à Sirmondo acceptum edidit Morellus, sed admodum mendosum. Ad MS. deinde restituit, & versionem emendavit Leo Allatius, edidit vero Nihusius inter symmicta sua.

ERASMUS VINDINGIUS Professor historiarum Hafniensis. Dissertatio de Linguæ græcæ Origine. Hafniæ 1661. 4.

Regia Academia Hafniensis in Regibus Conservatoribus, Rectoribus, & Professoribus suis repræsentata. ib. 1665. in 4.

ERCHEMPERTUS Monachus & Diaconus montis Cassini, parvulus S. Benedicto oblatus, teste Petro Diacono de Claris Cassinensibus c. 14. Fuit tempore Ludovici Imp. De destructione & renovatione Cœnobii Casinensis nec non de Ismaelitarum incursione composuit historiam, teste eodem. Ejus auctarium ad historiam Pauli Diaconi de gestis Longobardorum ad annum usq; 888. confectum, ut creditur, Antonius Caracciolus, de quô supra, è Codice Vaticano edidit. Attexuit idem Notis illustratũ Historiæ suæ Longobardicæ Camillus Peregrinus.

ERHARDUS WINHEIM Carthusianus. Sacrarium Agrippinæ, sive designatio omnium Ecclesiarum & reliquiarum Urbis Coloniensis, Coloniæ apud Bern. Gualtherum 1606.

ERMOLDUS NIGELLUS Exul, ut Exilii sui impetraret remissionem in honorem Ludovici Pii Imp. Poema elegiacum de vitâ & rebus gestis ejus composuit, quod ex Bibl. Vindobonensi cum annotationibus dabit Petrus Lambecius in Syntagmate Rerum Germanicarum. Vide Tomum ejus II. de memorata Bibl. pag. 359. ubi principiũ & finem ejus Operis exhibet.

ERPOLDUS LINDENBRUCH. Scriptores aliquot Rerum Septentrionalium, Adamum Bremensem, Helmoldum, anonymũ quendam, edidit an. 1609. in 4.

Laudat cum Pignorius Epistola 49. & Nomophilacem veterum Legum appellat. Ità Zeilerus Parte II. p. 86. de historicis. Sed fallitur. Non enim Erpoldum, sed Friedericum Lindenbrogium, de quô infrà,

fra, quive Codicem Legum priscarum evulgavit, commendat. Prodiit autem Collectio hæc Lugduni Bat. apud Francisc. Raphelengium anno 1595. in 4.

ETYMOLOGICUM *magnum Operâ Friederici Sylburgii editum anno 1594. typis Commelinianis. Cujus auctorem Nicam quendam credit T. Gale in præfatione ad Palæphatum.*

EUCHERIUS *Episcopus Lugdunensis in Gallia, circa annum 440.*

De contemptu Mundi & laude Eremi Tractatus, editore Heriberto Rosweydo Antwerpiæ Typis Plantinianis anno 1621. 12.

De verâ sapientiâ libellus Bruxellis anno 1671.

EVERARDUS REIDANUS *consul Arnhemiensis, Obiit Leovardiæ anno 1602. ætatis LII. Historia Rerum in Belgiô gestarum ab annô 1566. ad annum 1583. summariè, & exinde ad annum 1601. prolixius, idiomate Belgicô, Arnhemiæ in fol. annô 1633. & Latinè interprete Dionysio Vossio, Leidæ in fol. anno 1633.*

EUGENIUS MARTINEZ *Hortensis Monasterii in Hispaniâ, Ord. Cisterciensis Monachus.*

Vita S. Agnetis Virginis & Martyris carmine heroico. Toleti 1590.

EUGENIUS *Toletanus Episcopus, Obiit circa annum 636. teste Browero ad Fortunatum p. 263. ex codice MS. Vide de eo S. Ildephonsum libellô de Script. Eccles. Varia ejus carmina cum Notis Jacobi Sirmondi Parisiis anno 1619. in 8. excusa.*

Edidit eadem Andreas Rivinus Lipsiæ in 8. annô 1651. cum Notis.

EUGESIPPUS *annô 1040. vixit, Libellus de S. Terræ Distantiis, editus à Nihusio inter Symmicta:*

EUGIPPIUS *sub Anastasiô Imp. & Gelasio Papâ clarus. Vita S. Severini Abbatis, Noricorum Apostoli, qui obiit circa annum 482. MS. extat in Bibl. Vindobonensi. Vide Lambecium Tomô II. de eâ Bibl. p. 18. Illustrantur in vitâ hâc ea tempora, quæ Attilæ mortem sunt consecuta. E Bibliothecâ S. Emmerani Reginoburgensi, scholiis illustrata à Marco Welsero prodiit Augustæ Vind. anno 1595.*

B. EULOGIUS *Cordubensis, electus Archiepiscopus Toletanus, ac demum Martyr, sub Ludovicô juniore Imp. claruit.*

Memoriale Sanctorum Libris III. in quibus Martyrum Hispanicorum nomina, gesta & martyria exponit. Epistolæ & alia, primùm reperta a Petrô, Pontio, Leone, Cordubensi, Episcopô Placentinô, Scholiis explanata divulgavit Ambrosius Morales, Historicq Regius, ita tamen ut multa ex libro primô Memorialis de abominandis Mahometbi Operibus & dogmatibus omiserit, teste Thomâ Malvendâ de Antichristô p. 54. Extant Tomo IV. scriptorum Hispaniæ illustratæ. Ejus Liber de scriptoribus Ecclesiasticis MS. in Bibl. S. Ecclesiæ Toletanæ, secun-

cundum Petrum de Alvâ in sole veritatis, apud Labbæum Bibl. p. 48.

EUNAPIUS SARDIANUS *Sophista, Medicus atq; historicus insignis, Valentiniani, Valentis, & Gratiani temporibus, Proæresii discipulus, Ethnicus & Christiano nomini in scriptis suis infestus.*

De vitis Sophistarum opus elegans ac venustum, judicio Vossii de Hist. Græc. L. II. c. 18. græcè cum versione Latinâ Hadr. Junii Coloniæ Allobrogum in 8. annô 1616.

Idem græcè & latinè curâ Hieronymi Commelini annô 1596. in 8. addita sunt Legationum fragmenta ex Bibliothecâ Andreæ Schotti.

Idem unà cum Laertio in 12. Lugduni annô 1596.

EURIPIDES *Mnesarchi cauponis filius juxta quosdam; Vide Gyraldum dialogo VII. pag. 776. secundum quem natus is fuit in Salamine Atticæ insulâ, Olympiadis LXXV. annô primô. Poeta Tragicus nobilis.*

Ex Tragædiis ejus hodie supersunt 1. Hecuba. 2. Orestes. 3. Phœnissæ 4. Medea. 5. Hippolytus. 6. Alcestis. 7. Andromache. 8. Supplices. 9. Iphigenia in Aulide. 10. Iphigenia in Tauris. 11. Rhesus. 12. Troades. 13. Bacchæ. 14. Cyclops. 15. Heraclidæ. 16. Helena 17. Jon. 18. Hercules furens. 19. Electra. Prodierunt illæ Latinè ex interp. Dorothei Camilli. Basileæ in 8. anno 1541. per Robertum Winter.

Græcè & Latinè cum versione Guiliel. Canteri 8. Heidelbergæ 1597.

Græcè & latinè cum antiquis scholiis in VII. tantùm Tragædias, & variis annotationibus, curâ Pauli Stephani anno 1602. quæ optima censetur editio.

EUSEBIUS PAMPHILI Episcopus Cæsariensis in Palæstinâ, sub Constantino M. circa an. 326. clarus. Vide Voss. de H. G. Lib. II. c. 17. Possevinum, Bellarminum, Labbæum, Olearium & alios.

Historiæ Ecclesiasticæ Libri X. De vitâ Constantini M. Libri IV. Oratio Constantini. Panegyricus Eusebii. Omnia cum MSS. collata, Versâ & Notis illustrata, curâ Henrici Valesii, græcè & latinè impressa Parisiis in fol. anno 1669. quæ optima est editio; recusa Francofurti ad Mœnum in fol. anno 1672.

Eadem prodiere græcè cum interpretatione Joan. Christophorsoni Coloniæ Allobrogum apud Petrum de la Roviere 1612. f.

Ecclogarum Propheticarum de Christo Libri IV. inediti hactenus sunt MS. in Bibliot. Vindobonensi. Vide Lambecium Comm. de eâ Tom. I. addit. 3.

De præparatione Evangelicâ pro Christianâ religione adversus Philosophos Commentarii: Demonstrationis Evangelicæ Libri X. græcè cum versione & emend. Francisci Vigerii. Parisiis anno 1628. in fol. additi de Theologiâ Ecclesiasticâ Libri III. à Richardô Mon-

in quibus Ismaeliticæ sive Maometicæ sectæ præcipuorum dogmatum elenchus, ex ejus Panoplia dogmatica excerpta, græce & latinè curà Frider. Sylburgii anno 1595. cum aliis apud Hieron. Commelinum.

Contra Latinos capita XII. de processione Spiritus S. græcè MS. in Bibl. Regis Galliæ sec. Allatium de Consensu Lib. II. c. 10. Panoplia autem ipsa sive Opus adversus hæreses prodiit ex interpretatione Petri Francisci Zini Veronensis, Venetiis in fol. an. 1555.

EUTYCHIUS alias Said Ibn Batrick id est Said filius Batrici sive Patricii aut Batricides, Said autem Arabibus idem est quod Græcis Eutychius. Natus Fustati in Ægypto, anno Hegiræ 263. Juliano 876. Carolo Calvo Imp. Medicus fuit clarus. Patriarcha factus Alexandrinus anno Hegiræ 321. Christi 933. & quidem Orthodoxorum, cum Macarius esset Jacobitarum seu Eutychianorum. Obiit ætatis fere LXIII. Christi 940.

Medulla historica sive Annales à Rerum conditu ad sua tempora deducti, in quibus plura ad Historiam sacram & profanam pertinentia nec alibi occurrentia continentur. Arabicè cum interp. latina Edoardi Pocockii curante Joanne Seldeno. Oxoniæ 1658. 4.

F.

FABIANUS JUSTINIANUS Gennensis, Congregationis S. Oratorii Presbyter.

Tobias Commentariô illustratus. Romæ anno 1621.

Index universalis alphabeticus materias in omni facultate consultò pertractatas, earumque Scriptores & locos designans. Elenchus item auctorum, qui in sacra Biblia & universe vel sigillatim, etiam in versiculos datâ operâ scripserunt juxta ordinem Bibliorum. Romæ ex Typogr. cameræ Apostolicæ 1612. in folio.

De Sacra Scriptura, ejus usu, ac interpretibus Commentarius. Romæ apud Guil. Facciottum 1614. & Parisiis apud Laurentium Sonnium 1618. in 8.

FABIUS ALBERGATUS Italus. De Republica Opus Bodino, quamvis infelici successu teste Naudæo Bibl. Polit. p. 38. oppositum Italicè. Bononiæ f. 1627.

FABIUS COLUMNA Nobilis Neapolitanus, Academicus Lynceus, circa initium præsentis sæculi clarus.

Minus cognitarum rariorumq; nostro cœlo orientium stirpium ἔκφρασις. Item de aquatilibus aliisque nonnullis animalibus liber. Prior quidem pars Romæ anno 1606. Posterior vero ibid. 1616. in 4.

Purpura, hoc est purpura ab

K ani-

animali testaceô fusâ, ipsô animali, aliisq; rarioribus testaceis quibusdam Tractatus 4. ibid. anno 1616.

FABIUS GLISCENTIUS Brixiensis, Philosophus & Medicus. Dialogi V. sive discursus morales, adversus molestiam mortis & de animæ immortalitate Italicè Venetiis 1596. ap. Dominicum Farreum. Comm. in Aristotelis Logicam ad ill. & Rev. D. Ludovicum Tabernam Episcopum Laudensem Venetiis in fol. anno 1594. apud Joan. Bapt. Ciottum.

FABIUS PACIUS Philosophus ac Medicus Vicetinus.

Commentarii in VI. priores Galeni Libros de methodo medendi Vicetiæ sumtib. Rob. Mejetti, 1598. f.

FABRITIUS PAULUTIUS Foroliviensis, Episcopus Civitatis Plebis primus anno 1619. clarus.

In Pentateuchum, Libros historicos & Prophetas Commentarii Romæ fol. 1625.

In totum Novum Testam. annotationes. ibid. in fol. anno 1619.

FACUNDUS Episcopus Hermianensis in Africa, tempore Justiniani Imperatoris clarus.

Pro defensione trium Capitulorum Concilii Chalcedonensis Libri XII. ad Justinianum Imp. editore Jacobo Sirmondo Parisiis ap. Seb. Cramoisii 8. 1629.

FAMIANUS NARDINUS Italus. Descriptio Romæ antiquæ idiomate Italico, edita ab Octavio Falconerio. Romæ 4. anno 1666.

FAMIANUS STRADA Romanus, in patria anno 1647. & circiter clarus.

De bello Belgico Decas prior ab excessu Caroli V. ad annum 1578. Romæ fol. 1640.

Decas posterior ad annū 1590. ibid. fol. 1647.

Italicè prodiit idem Opus in 4. Romæ anno 1638.

FELINUS SANDEUS Ferrariensis. JCtus, anno 1500. clarus. De Regibus Siciliæ opus, editum curâ Marquardi Freheri, Hanoviæ 4. anno 1611.

FELIX ACCORAMBONUS Sententiarum difficilium in Libris Theophrasti de Plantis explicatio. Romæ anno 1590.

In Librum Galeni de Temperamentis annot. ibid. eod. annô.

FELIX CONTELORIUS Archivi Vaticani Præfectus.

Elenchus Cardinalium ab anno 1214. ad annum 1430. ex Bibliotheca Barberina. Romæ apud Andream Phæum 1641. in 4.

FELIX MARIANELLIUS Arcanæ domus Lauretanæ perstricta relatio. Firmi anno 1650.

FELIX PASSARUS Neapolitanus, Monachus Cassinensis, circa annum 1590. clarus.

Vita

Vita S. Placidi Abbatis & Martyris carmine heroicô Italicô. Venetiis anno 1589.

Lauder Monasterii S. Sixti Placentiæ. anno 1593. Placentiæ in Gallia Cisalpina apud Joan. Bazacum.

FERDINANDUS CAROLUS Parmensis: Romæ vixit.

Typus Templi Vaticani. Romæ 1621. fol.

FERDINANDUS de CASTELLO Ordinis Præd. Monachus Hispanus, unà cum Joanne Lopez ejusdem ordinis, conscripsit idiomate patrio HistoriamGeneralem Sancti Dominici & ab eo dicti Ordinis Prædicatorum V. Tomis, qui excusi sunt Vallisoleti annis 1612. 1615. 1621. & 1622. in fol. Primum & secundum Tomum Italicè vertit Timotheus Bossonus & Venetiis edidit. Tertium verò & IV. quintumque Hyacinthus Cambius, Florentiæ 1643. in fol. Labbæus in Bibl. Bibl. pag. 51.

FERDINANDUS DAVILA *Ordinis Minorum Monachus.*

Annotationes ad Evangelia Adventus. Venetiis anno 1590. apud Francisc. Franciscium Senensem.

FERDINANDUS *de* ESCALANTE *Hispanus, Provincialis Provinciæ Boetica, Ord. SS. Trinitatis. Clypeus Concionatorum & Expositio Genesis ab initio, usq; ad gentium confusionem. Hispali in fol. annò 1612.*

FERDINANDUS LOPEZ *de Castanbeda Lusitanus.*

Historia Indica idiom. patrio Conimbricæ annô 1654.

FERDINANDUS MARTINEZ *Mascarenhas, Algorbiorum in Lusitaniâ Episcopus.*

De auxiliis divinæ gratiæ ad actus supernaturales Libri III. Lugduni sumt. Horatii Carden annò 1605.

FERDINANDUS MENA *Medicus, natione Lusitanus.*

Commentarius in Galeni librum de pulsibus. Compluti apud Joan. Brocarium 4. 1553.

Com. in ejusdem Librum de Urinis. ib. apud eundem. 4.

De medicamentorum compositione. ibid. 1558. 8.

FERDINANDUS MENDEZ PINTO *Lusitanus, natus in Urbe Montemor Ovelho.*

Itineris sui Spatio XXI. annorum per Europam, Asiam & Africam peracti descriptio, idiomate patriô. En Lisboâ in fol. annò 1604.

FERDINANDUS *de* MENDOZA *Castellanus, JCtus.*

Pro Concilio Illiberitano apologia & dissertationes in illud. Madriti excusa anno 1594.

Vide supra : CONCILIUM ILLIB.

FERDINANDUS NONIUS *Pintianus, Miles D. Jacobi, Professor græcarum litterarum in Acad. Complutensi & deinceps Salmanticensi, Obiit annô 1551. octogenariô major. V. Schottum in Bibl. Hisp. Lib III. p. 550.*

Observationes in loca obscura aut depravata Historiæ naturalis Plinii, cum retractationibus locorum quorundam Geographiæ Melæ. Salmanticæ apud Joan. Giuntam 1544. fol.

FERDINANDUS PIZARRO *de Orellanâ, nobili apud Hispanos familiâ, Ordinis Calatravæ Eques, tempore Philippi IV. clarus. Historia Ordinum militarium, S. Jacobi, Calatravæ, & Alcantaræ, Hispanicè. Madriti fol. 1629. Typis Joan. Gonsalis.*

Varones illustres del nuevo Mundo. ibid. fol. 1639.

FERDINANDUS de PULGAR *Hispanus, Obiit anno 1486.*

Epistolæ versæ Latinè ex Hispanicô à Juliano Magon S. Th. D. & Ecclesiæ Dolensis Canonicô. Item Tractatus historicus de Viris illustribus Castellanis idiomate Hisp. unà cum Petri Martyris Epistolis nuper Amstelodami annô 1670. prodierunt. vide PETRUS MARTYR.

FERDINANDUS QUIRINUS de SALAZAR *Hispanus è soc. Jesu.*

Commentarius in Proverbia Salomonis. Parisiis 1637, in fol.

Com. in Canticum Canticorum Lugduni 1642. in fol.

Defensio pro immaculatâ conceptione Deiparæ Virginis fol. Parisiis annô 1625.

FERDINANDUS VELLOSIUS *Hispanus, Episcopus Lucensis. Advertentia Theologiæ Scholasticæ in B. Chrysostomum & IV. Ecclesiæ Doctores. Venetiis apud And. Muschium 1601. Poss.*

FERDINANDUS UGHELLUS *Florentinus, Abbas SS. Vincentii & Anastasii ad aquas Salvias Ordinis Cisterciensis anno 1654. clarus. Italia Sacra sive de Episcopis Italiæ & insularum adjacentium, rebusque ab iis præclarè gestis ad nostram usque ætatem in XX. Provincias divisa. Tomus I. prodiit Romæ Typis Bernardini Tani 1642. Tom. II. & III. anno 1645. ap. eundem. Tomi IV. & V. ibid. apud Vitalem Mascardum.*

Tomi reliqui IV. ibidem seq. annis. Elogia Pontificum & Cardinalium Ordinis Cisterciensis. Florentiæ apud Dominicum Falcium.

Columnensis familiæ nobilissimæ S. R. E. Cardinalium ad vivum expressæ imagines & summatim exornatæ elogiis. Romæ Typis hæredum Corbelletti 1650 fol. Genealogia Capisucchiorum. Romæ 1653. in fol. typis Jac. Corbelletti.

FERNANDUS VASQUIUS *Menchacensis Pincianus, JCtus in summô Dominicæ rei Philippi Hisp. Regis Prætorio senator, circa annum 1564.*

Controversiarum illustrium & usu frequentium Libri III Venetiis apud Franc. Rampazetum f. 1564. De Successionum curatione, progressu & resolutione Libri VI. Venetiis apud Bologninum Zalterium in fol 1564.

FERRANDUS *Diaconus Ecclesiæ Carthaginensis, aliàs Fulgentius Ferrandus dictus, S. Fulgentii Ruspensis*

sis discipulus circa annum540. clarus. Vide Labbæum Tomo I. de script. Eccl. pag. 318. Opera omnia curâ & cum Observat. Petri Francisci Chifsletii è Soc: J Divione 1645.

FERRANTE *Imperato* Neapolitano. *Dell' Historia naturale Libri XXVIII. nella quale ordinatamente si tratta della diversa conditione di miniere & pietre con alcune historie di Piante & animali. Neapoli in fol. anno 1599.* Hujus Operis verus auctor fuit Nicolaus Antonius Stelliola, qui 100. scutatos accepit ab Imperato, ut nomen illi suum præfigere permitteret. Ita Vincentius Placcius de Scriptoribus pseudonymis pag. 213.

FERRANTE PALLAVICINO *Italus, ob libera & Satyrica scripta Avenione decollatus.*

La Taliclea Libris IV. 24. Amstelodami 1653.

La Retorica delle Puttane composta conforme li precetti di Cipriano, dedicata alla Università delle cortigiane piu celebri. In Cambrai 1642. 12.

Panegirici, Epitalami, discorsi Academici, Novelle e Lettere amorose 18. Venetiis 1654.

La Pudicitia Schernita 12. ibid. L' Anima. 12. Geneva 1643.

Opera omnia duobus Tomis comprehensa in Villâ Francâ annô 1660. 12.

FERREOLUS LOCRIUS *Sanpaulinas, apud Atrebates ad D. Nicolaum Pastor. Obiit an. 1614. Chronicon Belgicum ab Anno Domini CCLVII. ad annum* CIƆ IƆC. *accedit Catalogus scriptorum Artesiæ. Atrebati 1616. in 4.*

Maria Augusta in VII. Libros distributa. Chronicô & notis illustrata. ibid. 1608. 4.

FERRETTUS Vicentinus sub Henrico VII. Imp. & deinceps clarus. Libri V. historiarum, quos auspicatur ab excessu Friderici II. sive anno CIƆCCL. & perducit ad annum CIƆCCCVII. MS. apud Felicem Osium teste Vossio de Hist. Lat. Lib. III. cap. 9. In codice illo exarato istiusmodi est inscriptio: *Ferretti, Poeta Vicentini, suorum & paulo ante actorum Temporum historia.*

FINUS ADRIANUS Scripturarum Ducalis Fisci Ferrariensis an. 150. & quod excurrit annos Magister.

Flagellum in Judæos sive adversus Judæos Libri IX. Ferrariæ 4. 1537.

FLAVIUS LUCIUS DEXTER Barcinonensis, filius Paciani Barcinonensis Episcopi, B. Hieronymo coætaneus. Vide hujus libellum de Scriptoribus Eccl. circa finem. Chronicon à Christo nato ad annum usque 430. primus (*uti inscriptio sonat*) è tenebris eruit & amplissimis Comm. illustravit Franciscus Bivarius Monachus Cisterciensis. Lugduni sumptib. Claudii Landry anno 1627. fol.

Additæ ſunt apologiæ duæ, adverſus Gabrielem Pennottum & alios qui fidem hiſtoriæ hujus & veritatem in dubium vocarunt, tàm pro Chronicô ipſo, quàm pro Comm. ſuis. Vide infra MARCUS MAXIMUS.

FLODOARDUS *Presbyter Rhemenſis circa annum 960. Libri IV. hiſtoriæ Eccleſiæ Rhemenſis, curâ Jacobi Sirmondi Pariſiis apud Seb. Cramoiſy 1611. 8. & cum Obſervationibus Georgii Colvenerii Antwerpiæ 1617. 8.*

FLORENTIUS VANDER HAER *Lovanienſis, Canonicus & Theſaurarius Inſulenſis. Obiit 1634. ætat. 78.*

De initiis Tumultuū Belgicorū Libri II. Lovanii Typis Jodoci Coppenii 1640. Antiquitatum Liturgicarum ex Scriptoribus partim editis, partim ineditis Tomi III. Duaci typis Belleri. 1605. 8.

FLORIANUS MANNIUS *Caſſius. Catena argentea è Scholaſticis Theologis ad univerſam ferme divinam ſcripturam ſpectantibus contexta. Bononiæ apud Joan. Rubeum an. 1587. Poſſ.*

FLORIANUS à S- PETRO *JCtus Bononienſis.*

In primam & ſecundam Digeſti Veteris partem & tres de LL. titulos ſecundæ infortiati Comm. Bononiæ apud Societatem Typographorum in fol. anno 1570.

FLORIMUNDUS RÆMUNDUS *Gallus, Regius Conſiliarius in Senatu Burdegalenſi.*

Error popularis de Joannâ Pſeudo-pontifice, dictâ Papiſſâ, Gallicè Burdigalæ apud Simonem Milangium 1602.

De Hæreſeôn nuperarum Ortu Opus prolixum. hiſtorico- Theologicum. Pariſiis 1605. 4.

L. Annæus FLORUS *extremis Trajani temporibus floruit.*

Rerum Romanarum libri IV. cum Notis Joan. Camertis, editore Jacobo Bedroto Pludentinô: additi ſunt Sextus Rufus & Meſſala Corvinus. Baſileæ 1532. in fol. apud Hervagium.

Iidem cum Notis Joannis Freinshemii Argentorati 1669. 8. apud Dolbophium. Bona editio.

FOLCARDUS *Benaventanus, & in patriâ Urbe Clericus, ſub Lothario II. & Conrado III Impp. vixit. Chronicon Beneventanū ab an.* CIↃCXIII. *usq; ad an.* CIↃCXL. *MS. habuit Emin. Baronius, à Maximiliano à Palumbariâ, Archiepiſcopô Beneventanô, qui inde multa in Annales ſuos transtulit. Vide eum ad annum 1113. item Voſſium Lib. III. cap. 7. de H. Lat.*

FORTALITIUM Fidei, ſic prænotatus Liber, agit contra Judæos, alioſque fidei Chriſtianæ hoſtes, incerti auctoris, qui tamen ut videtur, in Hiſpania vixit, & à Kirchero Obeliſco Pamphiliô Lib. I. c. 2. Alphonſus de Spiria, ab Hornbeckio in Prolegom. Librorum VIII. pro convincendis Judæis Guiliel. Totanus, ab aliis Barthol. de Spina Monachꝰ Franciſca-

ciscanus, ab aliis Joannes de Spinâ vocatur. Excusum autem hoc Opus Noribergæ in fol. an. 1485. apud Antonium Koburger, quam editionem olim inspexi.

FORTUNATUS FANENSIS Biblia Sacra in II. volumina distincta, ubi apparent vulgata, Santis Pagnini, Græcorum LXX. & Chaldaicæ Paraphraseos versiones Latinæ. Venetiis fol. anno 1609.

FORTUNATUS SCACCHUS Ordinis Erem. S. Aug. Sacrarii Apostolici sub Urbano VIII. Præfectus.

De sacris & profanis unctionibus Volumina II. Alterum sacrorum Elæochrismaton, alterum Sacrorum arcanorum titulo. Quæ admirabili eruditione referta esse ait Erythræus L. II. p. 65. Pinacothecæ. Excusa sunt Romæ 4. an. 1625.

FORTUNIUS AFFAYDATUS Physicus & Theologus Italus.

Considerationes Physicæ & astronomicæ Paulo III. Pontifici Max. inscriptæ. Venetiis 1549.

FORTUNIUS LICETUS Genuensis, in Patavinô Lyceo Philosophus ordinarius. *Clarissimus nostri ævi Philosophus* Thomasino de donariis pag. 32. *Celeberrimus in Lyceo Patavino Doctor nostri sæculi* Rhodio de acia pag. 32.

1. De propriorũ Operum historia Libri II. Patavii Typis Pauli Frambotti amno 1634. in 4.

2. Antiqua Schemata gemmarum annularium. Patavii 1643. f.

3. De pietate Aristotelis Liber. Utini 4. 1645.

4. Allegoria Peripatetica, in quâ de imagine & sepulchro Aristotelis, quod Venetiis esse traditur, agit: nec non ænigma illud ÆLIA LÆLIA, quod Aristotelicum appellat, exponit; tum & Librum de Mundo Aristotelis esse probat. Patavii 4. 1630.

5. De monstris Opus, eorum causis, natura & differentiis. Venetiis 4. 1634. & ex recensione Gerardi Blasii Amstelod. 4. 1665. cum plurimis figuris æri incisis.

6. De annulis antiquorum. Utini 4. 1645.

7. De his qui diu vivunt sine alimento Libri IV. Patavii apud Petrum Bertellium 4. 1612.

8. Encyclopædia ad aram Pythiam Publilii Optatiani Porphyrii. ibid. apud Casparem Crivellarium 4. 1630.

9. De reconditis antiquorum Lucernis. Utini Typis Nicolai Schiratti 1653. fol. cum plurimis figuris.

10. Encyclopedia ad Simmiæ Rhodii alas divinas, Patav. 4. 1640.

11. De novis Astris & Cometis Venetiis 4. 1623.

12. De Spontaneo viventium Ortu. Patavii fol. anno 1621.

13. De

13. De intellectu agente f. ib. 1627.

14. De immortalitate animæ rationalis. fol. ibid. 1629.

15. De animarum coextensione corpori 4. ib. 1616.

16. De anima subjecto corpori nil tribuente 4. ibid. 1631.

17. De anima ad Corpus physicè non propensâ. 4. ib. 1640.

18. De Constitutione hominis in utero 4. ibid.

19. De Natura primò movente 4. ibidem anno 1634.

20. De Cometarum attributis Controversiæ. 4. Venetiis 1625.

21. De Natura fulminum, deq; Febrium Origine. 4. ibid. 1634.

22. Exercitationes de lucidis in sublimi 4. ibid. 1641.

23. Athos perfossus sive rudens eruditus in Crilogiam de alimento 4. ibid. 1636. Sic in Catalogo quodam reperi, non ipse vidi.

24. Encyclopædia ad aram Nonarii Terrigenæ 4. ib. 1630.

25. Encyclopædia ad Epei Securim. 4. Bononiæ 1637.

26. Encyclopædia ad Syringam Publilianam 4. Patavii 1635.

27. Encyclopædia ad Syringam Theocriti. 4. Utini 1655.

28. De Vitâ Libri III. 4. Genuæ.

29. Litheosphorus sive de Lapide Bononiensi 4. Utini 1640.

30. Responsa ad primo quæsita à Cl. Viris. 4. Bononiæ 1640.

31. Responsa ad secundò quæsita a Cl. Viris. 4. Utini 1646.

32. Responsa ad tertio quæsita per Epistolas 4. ibid 1646.

33. Responsa ad quarto-quæsita ib. 4. 1647.

34. De quinto-quæsitis de Providentia &c. 4. Utini 1648.

35. De sexto-quæsitis de resurrectione multiplici 4. ib. 1648.

36. De septimo quæsitis de creatione anno 1648. ibid. 4.

37. De animæ rationalis propensione ad Corpus. 4. Patavii 1634.

38. De Mundi & hominis analogia 4. Utini 1635.

39. De Feriis altricis animæ Nemeoticæ 4. Patavii 1631.

40. De Natura assistente 4. ib. 1640.

41. De regulari motu Cometarum Cœlestium. 4. Utini 1640.

42. De Terræ unico motus centro. ibid. 4. 1640.

43. De Centro & circumferentiâ 4. ibidem 1640.

44. De Luminis Naturâ & efficientiâ ibid. 4. 1640.

45. Ulysses apud Circen sive de quadruplici transformatione dialogus 4. ib. 1636.

46. Mulctra de duplici calore corporum naturalium 4. ibid. 1636.

47. De Natura & arte 4. Utini 1640.

48. De motu sanguinis, origine nervorum &c. 4. ibid. 1647.

49. Hy-

49. Hydrologia Peripatetica, de maris tranquillitate, deque fluminum ortu è montibus ib. 4. 1655.

FRANCISCUS ALEXANDER Medicus Vercellensis. Apollo sive de medicamentis compositis & simplicibus Tractatus. Venetiis ap. Jac. Jordanum 1565. fol.

FRANCESCO ALUNNO da Ferrara. La fabrica del mondo, in quâ varias voces apud Dantem, Petrarcham, & Boccatium occurrentes explicat. Editore Cæsare Calderinô Miranô. Venet. 1581. f.

FRANCISCUS ANGELONUS Italus. La Historia augusta sive Historia Impp. Romanorum à C. Julio Cæsare ad Constantinum Magnum usq; è nummis illustrata. Italicè, Romæ in fol. apud Andream Phæum, Ludovico XIII. Regi Christianissimo dicata.

S. FRANCISCUS Assisias quæ civitas Umbriæ est, Italus, Ordinis Franciscanorum primus institutor sæculo XIII.

Opuscula varia. Antwerpiæ 40. 1623. Et unà cum Antonii de Padua Operibus Lugduni fol. 1653.

M. FRANCISCUS de AYALA Hispanus, Ordinis Carmelitarum, an. 1614. in Conventu Giennensi clarus. Sermones. Madriti 1615.

FRANCISCUS BARONIUS ac Manfredisius.

De Majestate Panormitanâ Libri IV. Panormi apud Alfonsum de Isota 1630. in fol.

FRANCISCO BISAGNO Cavaliere di Malta.

Tratto della pittura fondato nell' autorita di molti eccellenti in questa professione, fatto a commune beneficio de virtuosi in Venetiâ 8. anno 1642.

FRANCISCUS BIVARIUS Madritensis Hispanus, Monachus Cœnobii Nucalensis in patria, Ordinis Cistercienis, Procurator generalis Ordinis sui in curiâ Romanâ. Obiit Madriti anno 1636.

Vita B. Julianæ Corneliensis. Ordinis Cisterciensis Sanctimonialis. Vallisoleti apud Hieronymum Marillô 1618.

Vita B. Beatricis de Sylva, ordinis Cist. & institutricis Ordinis Conceptionis B. Virg. ib. ap. eund. in 4. Sancti Patres vindicati, Libris III. sive Bernardus, Anselmus & Augustinus aliiq; Patres vindicati in controv. de imaculata conceptione B. Virg. Lugd. 1624. ap. Horatiū Cardon. De veteri Monachatu & regulis monasticis. Lugd. fol. 1662. vide supra in *Flavius Dexter* & infra in *Marcus Maximus*.

FRANCISCUS BLANDUS Epirota. Dictionarium Latino-Epiroticum. Romæ 8. Typis Congregationis de fide propagandâ 1635.

FRANCISCUS BOCHIUS De illustribus Florentinis. Florentiæ 4. 1607. Typis Sermartellianis.

Lebellezzi di Fiorenza, dove à pieno di pittura, di scultura, di

Sacri templi, di palazzi, i più nobili artificii e più preziosi si contengono. in Fiorenza 1591. 8.

Excellenza della statua del San Giorgio di Donatellô scultore Fiorentinô, posta nella faccia di fuori di Orsan Michele, dove si tratta del costume, della vivacità e della belezza di detta statua. in Fiorenza 1584. 8.

FRANCISCUS MARIA BRANCATIUS *cardinalis, Viterbiensis & Sabinensis Ecclesiarum Episcopus designatus ab Alex. VII. Sapientiâ & omnigenæ doctrinæ cultu incomparabilis Kirchero descriptione Latii pag. 224.*

De usu Chocolatis (: potus est, Americanis in usu :) diatriba. Romæ in 4. 1665.

FRANCISCUS BRUNELLUS (Bruneau) *Presbyter, in Cœnobio S. Faræ.*

Libellus de S. Phaletri Confessoris rebus. Parisiis 1647. ap. Lud. de Heuqueville idiom. gallicô.

FRANCISCUS JOSEPHUS BURRHUS *Patricius & Eques Mediolanensis, Chymicus præcellens, & possessor juxta credulos quosdam, lapidis Philosophici. Ob heterodoxas, & absonas in religione & fide Opiniones, Romæ ab Inquisitoribus ad perpetuos carceres condemnatus, juxta alios, capite plexus fuit. Laudat ejus eruditionem & in rebus naturalibus scientiam Olaus Borrichius Tomo III. Epistolarum Thomæ Bartholini num. 59.*

Epistolæ duæ ad laudatum Bartholinum prior de Cerebro; altera, de morbis oculorum curandis. Hafniæ in 4. anno 1669.

FRANCISCUS CICERCIUS *Patricius Mediolanensis, Rhetorum antiquorum in Academiâ patriâ publicus interpres. Antiquorum Monumentorum Urbis Mediolanensis ab Alciato prætermissorum Libri II. MS. in Bibl. Raphaelis Trichets, teste Labbæo Bibl. Bibl. pag. ult.*

FRANCISCUS COLLIUS. *De sangvine Christi Tractatus. Mediolani 4. 1617.*

De animabus Paganorum volumina II. ibid. anno 1622.

FRANCISCUS COMBEFIS *Congregationis S. Ludovici Ordinis Prædic. in Conventu S. Mariæ annuntiatæ Parisiensis, ante paucos annos clarus.*

OriginumRerumq́. Constantinopolitanarum Manipulus, ex variis auctoribus è MSS. primùm editis, collectus & annot. illustratus. Parisiis apud Simeonem Piget 4. 1664.

Auctarium Bibliothecæ PP. græco-latinum Tomis II. Parisiis 1648. fol. apud. Anton Bertier.

Christi Martyrum lecta Trias. Parisiis 8. anno 1666.

FRANCISCUS CONTARENUS, *Thaddæi Patricii Veneti filius.*

De Deo & de iis quæ effluxerunt à Deô Libri III. Patavii ap. Laur. Pasquatium 1594.

FRANCISCUS COSCIUS *Senensis Ecclesiæ Decanus & JCtus.*

In nonnullas Juris Canonici rubricas

cas Commentaria Pisana. Senis apud Franciscum Simeonis fol. anno 1559.

FRANCISCUS CURTIUS *Senior, JCtus, Seculo XII. clarus.*

Consilia Juridica cum addit. Hieronymi Zanchii Bergomatis. Venetiis apud Juntam fol. 1580.

FRANCISCUS DAVILA *Cyprius, Ordinis Minorum, posteà Episcopus Asculi in regno Neapolitanò. Conciones in quadragesimam & in festos SS. dies ejusdem Temporis. Venetiis annò 1591. Poss.*

FRANCISCUS DIEGUS *Ord. Præd. Historia Ordinis Prædicatorum in Provinciâ Aragonicâ Hispanicè, Barcinne 1599. in fol.*

FRANCISCUS DROPE *Anglus. Brevis & certa methodus plantandi & in ordinem disponendi arbores fructiferas, Anglicè. Oxoniæ 1672.*

FRANCISCUS DUARENUS *JC. Obiit anno 1559. ætatis 50. Biturigibus Avaricum.*

Opera: Comm. in Digesta; in Librum VI. Codicis: dis[illegible]tionum anniversariarum Libri II. de jure accrescendi Lib. II. Commentarius de sacris Ecclesiæ benefic[illegible]s & ministeriis Libris IV. & alia quædam in Tomos digesta duos. Lugduni apud Guilielmum Rovillium 1579. in fol.

FRANCISCUS AUGUSTINUS ab ECCLESIA *Episcopus Salutiensis in Subalpinis. Catalogus Scriptorum Pedemontanorum & Sabaudiensium Italicè. Taurini Typis Cæsaris & Joan. Franc. Cavaleriorum 4. 1614.*

Theatrum Mulierum Literatarum Italicè, in monte regali in 8. an. 1620. apud Joan. Gislandum.

Chronologicæ Historiæ S. R. E. Cardinalium, Archiepiscoporum, Episcoporum & abbatum Pedemontanæ legionis & Sabaudicæ. Augustæ Taurinorum 1645. 4. apud Joan. Dominicum Tarinum.

FRANCISCUS BERNARDINUS FERRARIUS, *Mediolanensis, Theologiæ & Ambrosiani Collegii Doctor.*

De ritu sacrarum Ecclesiæ Catholicæ Concionum Libri III. Mediolani anno 1620. & Parisiis apud Ludovicum Billaine 1664. in 8. De antiquarum Epistolarum ecclesiasticarum generibus Mediolani anno 1613.

De veterum acclamationibus & plausu. Mediolani 4. 1628.

FRANCISCUS MARIA FLORENTINIUS. *Martyrologium Romanum fol. Lucæ anno 1668.*

FRANCISCUS FLORIDUS Sabinus. De rebus gestis Julii Cæsaris Libri III. additi sunt Bened. Aretini Libri IV. de expeditione Christianorum sub Henrico IV. in Palæstinam: Leonardi Mitylenæi Expugnatio Constan. Jacobi Fontani descriptio expug. Insulæ Rhodus: Omnia Germanicè per Henricum de Eppendorf. Argentorati in Typog. Knoblochii anno 1551. fol.

FRANCISCUS FOUGEROLÆUS Medicus & Consiliarius Regis Galliarum. Methodus in VII.

Hippocratis aphorismorum Libros, ab Hippocrate observata, diu deinceps ignorata. Parisiis apud Hadrianum Perier in 4. anno 1612.

Vitæ Philosophorum Diogenis Laertii Gallicè redditæ. Lugduni 1602. in 8. typis Joan. Ant. Huguetan.

FRANCISCUS GLISSONIUS Medicinæ D. Professor regius in Academia Cantabrigiensi, Collegii Londinensis Socius, & Societatis Regiæ collega.

Tractatus de natura substantiæ energetica, sive de vita naturæ, ejusq; tribus primis facultatibus, perceptivâ, appetitivâ, motivâ. Londini 4. 1672.

Anatomia Hepatis in 8. Londini anno 1650.

De Rachitide Tractatus. Leydæ in 8. anno 1671.

FRANCISCUS GONZAGA è Ducum Mantuanorum stirpe satus, Ordinis Minorum Minister Generalis. De origine Seraphicæ Religionis Franciscanæ, ejus progressibus, de regularis Observantiæ institutione, forma administrationis, legibus ordinis, cum æneis iconibus. Romæ è Typogr. Dominici Basæ 1587. in fol. & Venetiis ap. Societatem anno 1607.

FRANCISCUS GOULDMAN Anglus. Dictionarium Anglico-Latinũ Londini ap. Jon. Field 4. 1664.

FRANCISCUS MARIA GRIMALDUS è Soc. Jesu, Mathematicus. Physico-mathesis de Lumine, coloribus, & Iride. Bonon. 4. 1665.

FRANCISCUS GUILLIMANNUS. Habsburgiacorum ad Rudolphũ II. usq; Libri VII. Mediolani ex officina regia Pandulphi & M. Tullii Malatestæ 1605. in 4.

FRANCISCUS HARÆUS Ultrajectinus, S. Theol. Licentiatus Duacensis, & deinde Lovanii ad D. Jacobi Canonicus, Obiit an. 1632.

De Vitis SS. ex Laur. Surio, & aliis compendium, servatis auctorum verbis, & variis annot. illustratum. Coloniæ ap. Arnoldum Quentelium 1605. in fol.

Olympiades & Fasti concordi serie, Historiæ sacræ & profanæ, usq; ad Christum passum. Antwerpiæ ap. Verdussium an. 1614.

Annales Ducum Brabantiæ ac tumultuum Belgicorum. Antwerpiæ Typis Plantinianis Tomis III. anno 1622. in fol.

Biblia Sacra, expositionibus priscorum Patrum litteralibus & mysticis illustrata. Antwerpiæ fol. anno 1629.

FRANCISCUS HERNANDEZ Novæ Hispaniæ rerum Medicarum Thesaurus, sive plantarum, mineralium, Metallorũ Mexicanorum Historia: accedunt Nardi, Antonii Recchi academici Lyncei, additiones, nec non Joan. Fabri Bambergensis, Medici, & Joannis Terentii annotationes, & variæ figuræ. Romæ fol. 1651.

FRAN-

FRANCISCUS HORANTIUS, Hispanus, Ordinis Minorum, Joanni Austriaco in Belgio Proregi a confessionibus.

Locorum Catholicorũ pro Romanâ fide ad Carolum Hispaniarum Principem Libri VII. Venetiis ex offic. Jordani Ziletti 1564.

FRANCISCUS IMPERATUS Neapolitanus. Discursus Naturales Italicè Neapoli 1628.

FRANCISCUS JUNIUS junior. De pictura veterum Opus eruditum judicio Bartholini de Luce pag. 126. Amstelodami 4. anno 1637. excusum. Sunt Libri III.

Evangelia IV. Gothice & Anglo-Saxonicè, ex antiquissimo MSS. in Bibliotheca Abbatiæ Werdensis prope Coloniam Agrippinæ sitæ, latente extracta. Accedunt annotationes & Glossarium Gothicum, curâ & studiò dicti Junii, & Thomæ Mareschalli, 2. voluminibus. Dordraci in 4. anno 1665.

FRANCISCUS LANA è Soc. Jesu. Prodromo all'arte Maestra, sive specimen novarum quarundam inventionum præmissum arti Magistræ. Italicè Brescia 1670. in 4.

FRANCISCUS LANOVIUS Parisinus Ord. Minorum.

Chronicon generale Ordinis Minimorum, in quo recensentur etiam illustres ex eo Scriptores. Paris. in fol. ap. Seb. Cramoisy 1633.

De Sanctis Cancellariis Franciæ Syntagma historicum. Parisiis 4. ap. eundem anno 1634.

FRANCISCUS LEIVA Cordubensis. Antiparadoxa de motu duplici. Cordubæ 4. 1634.

FRANCISCUS LUCAS Brugensis S.Th.Lic. anno 1579. clarus.

Notationes in S. Biblia, quibus variantia discrepantibus exemplaribus loca discutiuntur, Cardinali Guilielmo Sirleto inscriptæ. Antwerpiæ ex offic. Christophori Plantini 4. anno 1580.

FRANCISCUS LYCHETUS Ord. Minorum Generalis anno 1519.

Quodlibeta Doctoris subtilis. Venetiis apud Joan. & Andream Zenarios anno 1589. Poss.

FRANCISCUS MAGDALENUS CAPIFERREUS Ordinis Præd.

Elenchus Librorum omnium, cũ in Tridentinô Clementinôq; Indice, tum in aliis omnibus sacræ Indicis Congregationis particularibus decretis, usq; ad an. 1640. prohibitorũ, ordine alphabet. Rom. ex Typ. R. Cameræ Apost. 1640. 8.

FRANCISCUS MARIA MAGGIUS Clericus Regularis Panormitanus.

Syntagma Linguarum Orientalium quæ in Georgiæ regionibus audiuntur. Romæ Typis Congreg. in fol. anno 1643.

FRANCISCUS de MARCHI. *Della architettura militare Trat. Brescia in fol. 1599.*

FRANCISCUS à S. MARIA *Granatensis, Carmelita Excalceatus.*

De Viris illustribus Carmelitarum Excalceatorum Congregationis Hispanicæ S. Teresæ, & Historia Reformationis S. Teresæ, Hispanicè II. Volum. Matriti in fol. an. 1644.

Franciscus Maurolycus *Siculus & Abbas Messanensis.*

Martyrologium, in quô civitatum atq; locorum nomina, ubi martyres passi, inseruntur. Venetiis 1568.

Franciscus de Mendoca *Olyssiponensis, Soc. Jesu Theologus, & DoctorTheol. olim in Conimbricensi academiâ primarius Eloquentiæ Magister & Philosophiæ Professor, posteà in Eborensi S. Scrip. interpres.*

Commentaria in IV. Libros Regum II. vol. Lugduni in fol. 1625. & ibid. anno 1636.

Viridarium Sacræ & profanæ eruditionis. ibid. fol. 1635.

Franciscus Mennenius *Antwerpiensis, natus anno 1582. Canonicus Liræ ad S. Gummarum. Deliciæ Equestrium sive militarium Ordinum, id est, Origines, statuta, symbola & insignia eorundem. Maceratæ apud Petrum Salviorum 4. 1623.*

FRANCISCUS MESSANA Ordinis Hieronymianorum, apud D. Bartholomæum prope Regium.

Commentarius & paraphrasis in Zachariam Prophetam : paraphrasis item concisior in reliquos XI. Prophetas minores. Antwerpiæ in 4. 1597. apud Martinum Nucium.

FRANCISCUS MARIA à MONACO Clericus Regularis Theatinus. Elogia XIV. illustrium Virorum sui Ordinis Mediolani 621. 8.

FRANCISCUS MONCÆIUS (*Monceaux*) Atrebas, Toparcha in Froidevall, v. Valerium Andream p. 235. Bucolica sacra, sive Canticum Salomonis : & in Psalmum XLIV. Paraphrasis poetica. Lucubrationum in caput I. Cantici Cantic. L. II. De portis civitatis Judææ & de fori, judiciorumque in iis exercendorum prisco more liber singularis. Parisiis 4. typis Abelis l'Angelieranno 1587.

Apparitionum divinarum, quæ de Rubo, & quæ in Ægypto revertenti in diversorio Moysi facta, historia. Atrebati 1594. 4.

Aaron purgatus, de vitulo aureô non-vitulô, Libri II. In quibus simul Cheruborum Moysis, Vitulorum Jeroboami, Theraphim Michæ forma & historia explicatur. ibid. apud Guil. Riverium 1606. 8.

Responsionem pro vitulo suo, ad auctoris anonymi objectiones. Parisiis 1609. 8. cum Rob. Visorii libro de Aarone purgatô destructô.

De Claudiâ Rufinâ Regiâ virgine, Auli Pudentis Senatoris Romani conjuge, Syntagma. Tornaci apud Car. Martinum 1614. 8.

FRANCISCUS MOSCHUS Nivel-

Nivellensis Brabantus, ad S. Piatum apud Siclinium Melanthesiorum in Flandria Canonicus.

Vitæ BB. Arnulphi Villariensis, Simonis Alnensis & Mariæ Oigniacensis e MSS. editæ. Atrebati 1600. 8.

Cœnobiarcha Ogniacensis, sive Antistitum Monasterii Ogniacensis ad Sabim fluvium siti, Catalogus & Elogia. Duaci Typis Joan. Bogardi 1598. 8.

FRANCISCUS de MOTA VAYERII Regi Christianissimo à Consiliis, ejusce historiographus, patriâ Parisinus. Opera ejus Gallica duobus Tomis inclusa excusa sunt Parisiis in fol. anno 1656. & deinde tribus Tomis ibid. ann. 1662. In iis quantum mihi constat inter alia continentur discursus:

Consideratio eloquentiæ Gallicæ præsentis Temporis.

De immortalitate animæ. Geographia Principum. Epistolæ variæ. Physica & Logica Principum. Rhetorica Principum. De virtutibus Paganorum. De veteribus ac præcipuis Historicis Græcis & Latinis, quorum Opera quædam extant. De Scriptore historiæ, & ipsâ historiâ, & ejusmodi plura eleganter omnia ac eloquentiæ cum laude conscripta.

FRANCISCUS MUNNOZ de Escobar, JCtus in regiâ Pinciana Cancellaria causarum Patronus.

De ratiociniis administratorum & computationibus variis aliis Tract. 8. Roterodami 1662.

FRANCISCUS OSSUNA Bœticus, Ordinis Minorum anno 1530.

Sermonum Quadragesimalium pars Occidentalis. Venetiis apud Jacobum Simbenum 1572.

Sermonum pars meridionalis in Evangelia totius anni. Romæ 2. vol. in 8. apud Dominicum Basam.

FRANCISCUS PANIGAROLA Episcopus Astensis, patria Mediolanensis. Disceptationes Calvinianæ. Mediolani 1594. in 4.

Paraphrasis in Psalmos. Venetiis apud Zoppinos anno 1586.

De ratione componendæ concionis Cremonæ apud Christoph. Draconem 1584.

FRANCISCUS PASSERINUS Juris utriusque & S. Theologiæ Doctor.

De pollutione Ecclesiarum Tractatus legalis & moralis. Placentiæ in fol. anno 1654.

De hominum statibus & officiis Romæ in fol. 1663. III. Tomi.

De Electione Canonica. ibid. f. 1661.

FRANCISCUS PATRITIUS. Oracula Zoroastris, Hermetis Trismegisti & aliorum ex scriptis Platonicorum collecta græce & latinè, præfixâ dissertatione historica

ricâ typis excusa Ferrariæ 1591. in fol. Vide Lambecii Prodromum Historiæ Litterariæ pag. 93. seqq.

FRANCISCUS PATRITIUS *Dalmata. Expositio Oraculorum Leonis Imperatoris, Italicè. Brixiæ 8. 1596.*

FRANCISCUS ARIOSTUS PEREGRINUS *Medicus Italus.*

De Petreleô Tractatus, Borsio Ferrariensium Duci inscriptus: quem inter rariora Musei servasse Joan. Rhodium, & luci publicæ destinasse, nisi fata impediissent, testis est Velschius de vena Medinensi pag. 323.

FRANCISCUS PEREZ CASCALES *de Gvadalajara. Medicus.*

De fascinatione Tractatus. Madriti anno 1611. in 4.

FRANCISCUS PERLA *calviensis. Commentarius in Librum Hippocratis de locis in homine. Romæ apud Bernardinum Tanum 1638. 4.*

FRANCISCUS PERUCCIUS *Italus. Pompe funebri di tutte le nationi del Mondo. raccolte dall' Istorie Sagre e profane, con le figure in rame. Venetiis 1639. in fol.*

FRANCISCUS PETRARCHA *in agrô Florentinô circa annum 1304. natus, obiit annô 1374. Vitam ejus peculiari volumine diligenter exaravit Jacobus Philippus Thomasinus Episcopus Æmoniensis.*

Opera omnia Lugduni apud Samuelem Crispinum 1601. fol.

Liber de vitâ solitariâ. Mediolani in fol. apud Huldericum Scinzenzeler an. 1498.

Poemata Hetrusca cum expositione M. Joan. Andreæ Gesvaldi Venetiis apud Gabrielem Jolitum Ferrariensem 4. 1553.

Quædam poemata Italica antea inedita vulgavit Federicus Ubaldinus ex auctoris schedis, una cum censurâ & emendationibus suis, Romæ anno 1642.

FRANCISCUS PHILELPHUS *Anconitanus, Eques auratus, anno 1428. Bononiæ publicus Oratoriæ & Philosophiæ Moralis Professor. Libri X. Hecatostichorum, quorum quisque decem Satyras continet. Mediolani per Christophorum Valdarfer Ratisponensem anno 1476.*

FRANCISCUS MARIA PIROGALLUS. *Riflessione Politiche del sole della dottrina di Cornel. Tacito, nella vita di Giulio Agricola. in Paviâ 1644.*

FRANCISCUS POLLETUS *Catuacus JCtus.*

Historia Fori Romani Libris V. paralipomenis & corollariis aucta & illustrata per Philippum Broidæum Ariensem Urbi Duacenæ à consiliis. Duaci 1591. 8. apud Balthas. Bellerum.

FRANCISCUS PONA *JCtus Veronensis & Professor Patavinus.*

L' Epitaphio, dialogo nell quale si ingegna il modo di comporre gli Epitaphi all' antica. Verona apud Angelum Tanum 1626. 4.

De XII. Cæsaribus Romanis Tract. Verona 8. 1641.

FRAN-

FRANCISCUS PORTOCARRERUS *Hispanus, è societ. Jesu. Vita S. Ildephonsi Archiepiscopi Toletani. Madriti anno 1616.*

FRANCISCUS PUCCIUS *Florentinus. De Christi servatoris efficacitate in omnibus & Singulis hominibus, quatenus homines sunt ad Clementem VIII. Goudæ 8. 1592.*

FRANCISCUS QVARESMIUS *Laudensis, Ordinis Minorum Theologus, olim Montis Sion in Hierusalem Gvardianus, Terræ S. Præses, & Commissarius Apostolicus. Historica, Theoligica & moralis Terræ S. Elucidatio. Antwerpiæ in fol. 1639.*

De Sacratissimis quinq; vulneribus Christi Libri totidem. Venetiis in fol. annô 1652.

FRANCISCUS RABLÆSIUS *Gallus, ex Monacho, juxta quosdam, Medicinæ Doctor.*

La plaisante & joyeuse histoire du grand Geant Gargantua. A Valence chez Claude la Ville 16. 1547.

FRANCISCUS REDUS *Patricius Aretinus, Academicus della Crusca sive Turfurarius.*

Experimenta circa diversa naturalia, & speciatim ex Indiis allata per litteras Ath. Kirchero exhibita Italicè. Florentiæ 1671. 4. & Latinè Amstelodami 1675. 12.

Experimenta circa generationem insectorum Italicè. Florentiæ 4. 1668. Latinè Amstelodami apud Andr. Frisium 12. cum pluribus figuris. Observationes de viperis. Italicè. Florentiæ 4. 1664. & Latinè reddita, Tomô I. Miscellaneorum Curiosorum Naturæ Subjuncta.

FRANCISCUS RIBERA *Villacastinensis Hispanus, Soc. Jesu Theologus. Obiit Romæ anno 1591.*

Commentarius in XII. Prophetas Minores, historico-allegorico-moralis. Romæ anno 1590. & Salmanticæ anno 1587. nec non Lutetiæ ex officinâ Dionysii Langæi in fol. annô 1611.

Commentarius in Apocalypsin S. Joannis: Cui adjuncti Libri V. de Templo Hieros. & iis quæ ad Templum pertinent Salmanticæ in fol. anno 1591. & Lugduni apud Juntas annô 1592.

Com. in aliquot capita Epistolæ ad Hebræos. Salmanticæ 8. 1598.

FRANCISCUS SANCHEZ *Olyssiponensis Lusitanus, Ord. S. Benedicti. Commentarii in Ecclesiastem. Barcinonæ 1619. 4.*

FRANCISCUS SANCTIUS *Brocensis Hispanus, in Academiâ Salmanticensi primarius Rhetoricæ & Lingvæ Græcæ Professor.*

Grammatica Nova: Minerva sive de causis Lingvæ latinæ, quô Opere auctor meruit communis litteratorum omnium Pater & Doctor appellari secundum Scioppium consultatione II. de Scholis. Salmanticæ in 8. anno 1587.

Annotationes ad Virgilii Bucolica. ibid. 1591. 8.

Paradoxa philologica. Antwerpiæ

pia ex offic. Christoph. Plantini 8. anno 1582.

Franciscus Sarmientus *Episcopus Astoricensis, S. Palatii apostolici & Cancellariæ Vallisoletanæ auditor, sub. Pio V.*

Interpretationum selectarum Libri VIII. de Ecclesiasticis reditibus Liber. Antwerpiæ apud Joan. Keerbergium 1616. in fol.

Franciscus Schaccus *Fabrianensis, Medicus.*

De salubri potu dissertatio. Romæ apud Alex. Zannettum 4. 1622.

FRANCISCUS SCHOTTUS Senator Antwerpianus. Obiit anno 1622. in patriâ.

Novum Itinerarium Italiæ, Rerumque Romanarum Libri III. ex priscis novisque Scriptoribus. Antwerpiæ cum fig. æneis 1625.

Auxit illud Hieronymus de Capugnano, Dominicanus Bononiensis, & nisi fallor Italicè reddidit, cujus versionis sive hujus sive alterius exemplar hoc sub titulo extat : *Nuovo Itinerario d' Italia, ampliato con l' origine delle città e figure di rame, dedicato all' illustriss. Signor Melchior Tetta nob. di Sebenico, & per adottione Germano, cura Fortunati di Musocchi qui figuras addidit. In Padova appresso Mattio Cadorini detto Bolzetta 1670. 8.*

FRANCISCUS SILVESTER Ferrariensis, Ordinis Prædicatorum.

Physica, cum præfatione Gerardi Vossii, Præpositi Tungrensis. Romæ 4. 1586.

FRANCISCUS STANCARUS Mantuanus Joannis Sepusii Principis Transylvaniæ Medicus. Obiit anno 1574. ætatis 73. vide Regenvolscii Historiam Eccl. Lib. I. cap. 13.

Expositio in Jacobum Italicè Venetiis 1547.

Institutio Linguæ Hebrææ. Basileæ 1547. 8. Typis Jacobi Parci.

FRANCISCUS STELLUTUS Academicus Lynceus.

De ligno fossili Minerali noviter detecto, ad Franciscum Barberinum S. R. E. Card. Tractatus. Italicè Romæ anno 1635. Latinè reperitur Tomo III. Miscellaneorum curiosorum Naturæ.

Persio tradotto 4 Romæ 1630.

FRANCISCUS TARAPHA Barcinonensis Hispanus, Canonicus in patriâ, anno 1530. clarus. De origine ac rebus gestis Regum Hispaniæ. Antw. ap. Steelsiũ 1553.

FRANCISCUS TAYLERUS Anglus. Targũ Hierosolymitanũ, in V. Libros Legis è linguâ Chald. in latinũ conversũ. Lond. 1649. 4.

FRANCISCUS TERTIUS Bergomas, Serenissimi Ferdinandi Archiducis Austriæ pictor 1568.

Imagines gentis & familiæ Austriacæ V. partibus, ad Maximilianum Imp. II. in fol regali : æri illas incidit Gaspar Patavinus an. 1569.

FRAN-

FRANCISCUS THOMASIUS *Hetruscus. De peste Tractatus. Romæ apud Jacobum Tornerium. 8.1587.*

FRANCISCUS TIGNOSIUS. *Abecedario d' alcune similitudini tolte dalla S. Scrittura & applicate à Maria Vergine. 8 in Milano 1598.*

FRANCISCUS TOLETUS *Cordubensis, è Soc. Jesu, Pontificis Pii V. in Palatio Pontificiô concionator, à Clemente VIII. in Cardinalium numerum cooptatus. Obiit Romæ anno 1596.*

De instructione Sacerdotum & peccatis mortalibus, cum notis Andreæ Victorelli & P. Martini Fornarii. Antwerpiæ anno 1619.

Commentarius in Epistolam ad Romanos. Expositio Psalmi decimi septimi. Venetiis apud Mejettum 1602.

Comm. in Joannem. Romæ apud Jacobum Tornerium 1588.

FRANCISCUS TORRÆBLANCA *Villapandus, Cordubensis JCtus, & in Granatensi Cancellariâ advocatus Regius.*

Dæmonologia sive de Magiâ naturali, dæmoniacâ, licitâ & illicitâ, aperta & reconditâ Libri IV. Moguntiæ impensis Joan. Theobaldi Schönwetteri 1623. 4.

FRANCISCUS TORRENSIS. *De solâ lectione Legis & Prophetarum Judæis cum Mosaicô ritu & cultu permittendâ. Romæ 4. 1555.*

Est hic idem qui alias FRANCISCUS TURRIANUS *vocatur Soc. Jesu Theologus, natione Hispanus, & plura scripsit, quæ Schottus in Bibl. Hisp. pag. 285. Possevinus in Apparatu pag. 594. seqq. & Alegambe in Bibliothecâ Jesuitica accuratè satis recensent. Possevinus tamen Operis hujus de Judæis haud meminit; quod Schottus locô cit. facit.*

FRANCISCUS MARIA TURRIGIUS *Romanus, Canonicus S. Nicolai in carcere Tullianô.*

De Cardinalibus Scriptoribus Liber. Romæ apud Stephanum Paulinum 1641. 4.

De sacris grottis sive cryptis Vaticanis Romæ conspicuis Liber Italicè. Viterbii apud Augustinum Discipulum 8. 1639.

FRANCISCUS FERMANDES *de* VELASCO *Prior Ordinis Cist. Monasterii de Baudeloô in Flandria, annô 1653. Vita S. Bernardi. LIII. iconibus æri incisis illustrata, Nomine communitatis Baudeloënsis, Antwerpiæ in 4. typis Gvil. Lesteenii.*

FRANCISCUS VICOMERCATUS *Mediolanensis anno 1556. clarus.*

Commentarii in Physicam Aristotelis Henrico II. Gall. Regi inscripti. Venetiis 1564. fol. apud Hieronymum Scotum. Commentarii in Libros ejus IV. Meteorologicorum, inscripti Carolo à Lotharingiâ Cardinali, ibid. apud eundem in fol. anno 1565.

FRANCISCUS à VICTORIA *Hispanus, Ordinis Prædicatorum, Salmanticæ Theologiæ publicus Professor Obiit anno 1546. Summa Sacramentorum Ecclesiæ. Pinciæ 8. 1594.*

Franciscus Ximenez *De viribus plantarum & animalium quæ Medicinæ apud Americanos inserviunt, & de eorum medendi methodô. Mexici 1615.*

FRANCO Abbas II. Monasterii S. Mariæ Affligemensis in Brabantia, Ordinis S. Bened. anno 1109. electus. De gratiâ sive beneficentia Dei Libri XII. Friburgi 12. 1620.

FRIEDERICUS BONAVENTURA Nobilis Urbinas, Francisci MariæDucis UrbiniConsiliar.

Della ragione di stato & della prudenza politica. Urbini 4.1623.

De partus octimestris Natura. Francofurti in fol. 1601.

Anemologia. Urbini 4. 1593.

De tempore ortus & occasus Orionis. ibid. 1598.

FRIEDERICUS BORROMÆUS Mediolanensis, S. Caroli Borromæi Archiepiscopi Mediolanensis, ex fratre filius, ipse quoq; Archiepiscopus dictæ Urbis. Vide de eo Janum Nicium Erythræum Pinacothecæ Parte I. num. 147.

Conciones Synodales & alia Opera Tomis III. Mediolani f. 1637.

De concionante EpiscopoOpus. ibidem 1632. in fol.

Friedericus Brummerus Lipsiensis, Juris utriusque peritus.

Commentarius ad Legem Cinciam, de salariis, honoribus & officio Causarũ Patronorum. Parisiis in 4. ap. Seb. Cramoisy. 1668.

Friedericus Delphinus artium ac MedicinæDoctor, nec non Mathematum Patavii Professor.

De fluxu & refluxu Maris & de motu octavæ sphæræ. Venetiis Typis Academiæ fol. 1559.

FRIEDERICUS II. Imp. Romanus, successit Othoni IV. anno 1218. Obiit anno 1250.

Librorum de arte venandi cum avibus reliqua, cum additionibus Manfredi Regis; addita nonnulla Alberti M. sub nomine de Falconibus, asturibus & accipitribus. Augustæ Vindel. anno 1596.

FRIEDERICUS III. vulgò vel IV. dictus, reverà autem V. Archidux Austriæ, successit Alberto II. anno Ch. 1440. Obiit anno 1493. vid. Lambeciũ in Tabulis adnexis Prodromo hist. Litterariæ.

Diarium Vitæ propriæ, manu ipsius propriâ exaratum, & ut ipse ibi refert, inchoatum A. C. 1437. anno ætatis vigesimo secundo, è MS. Codice Bibl. Vindobonensis, inseruit laudatus modò Lambecius, Diario Sacri ItinerisCellensis, à SacratissimoImperatoreLeopoldo anno 1665. peracti, edito Vindobonæ anno 1666. in 4.

FRIEDERICUS PENDASIUS Mantuanus Philosophus. Physicæ auditionis L. VIII. Venetiis 1604. in fol.

FRIEDERICUS SPANHEMIUS Friederici Spanhemii Theo

Theologi Belgæ celebris, filius, Professor in Academiâ Heidelb.

De veterum propter mortuos Baptismô. Leydæ 8. 1652.

Historia Jobi, sive de obscuris historiæ ejus Commentarius. Genevæ sumtibus Petri Chovet 4. 1670. & Lugduni Bat. apud Felicem Lopez de Haro. 8. 1672.

Exercitationes de auctore Epistolæ ad Hebræos. 8. Heidelbergæ anno 1659.

Vindiciæ Biblicæ. ibid. 4. 1663.

FRIEDERICUS SZEMBECK Cracoviensis, è Soc. Jesu.

Vitæ S. Dorotheæ viduæ, Patronæ Prussiæ, S. Juttæ Brunsvicensis, ejus Confessarii B. Joannis Lobedavii & aliorum Prussiæ Patronorum. Thorunii 8. 1638.

FRIEDERICUS ZUCCARUS.

L'idea de' pittori, scultori & architetti, divisa in due Libri. in Torino 1607. in fol.

Origine e progresso dell' academia del disegno, de' pittori, scultori, & architettori di Roma, dove si contengono molti utilissimi discorsi e filiosofici ragionamenti appartenenti alle su dette professioni, recitati sotto il reggimento dell' Excellente Sig. Cavaliere Federico Zuccari, e raccolti da Romano Alberti Secretario dell' Academiâ in Pavia 4. 1604.

FULBERTUS Cancellarius Roberti Regis Francorum, deinde Episcopus Carnotensis an. 1007. electus. Vide Baronium ad h. annum, & confer Vossium de Hist. L. lib. II. c. 43. Opera: Epistolæ, Sermones & carmina, cum Notis Cardi de Villiers Lutetiæ Paris. 1608. apud Thomam Blazium in 8.

FULGENTIUS PLACIADES Grammaticus, alius à Fulgentio Episcopo. Mythologiarum Libri III. cum scholiis Jacobi Locheri. Augustæ Vind. 1517.

FULGENTIUS Ruspensis Episcopus in Africa, patriâ Carthaginensis, tempore Trasimundi Regis in Africa, circa annum 520. Obiit an. 529. Vide Bellarm. de Scrip. Eccl. p. 161. Possevinum T. I. p. 603. seq.

Opera omnia ex editione Henrici Justi Basileensis. Basileæ apud Henricum Petri 1587. 8. hoc ordine. Libri III. ad Monimum. Liber ad X. Arianorum objectiones. Ad Thrasimundum L. III. Epistolæ VII. de Trinitate & incarnationis Mysteriis Liber. Sermones V. De incarnatione & gratia Christi ad Petrum Diaconum Liber, cui præmissus Petri Diaconi de eodem negotio libellus. Hisce adjecti sunt Libri III. Mythologiarum.

Prætereà Jacobus Sirmondus Jesuita Parisiis anno 1612. edidit ejus Libellos de Prædestinatione; librũ de Trinitate ad Felicem Notarium; refutationẽ sermonis Fastidiosi Ariani; libellum ad Ferrandũ Diaconũ de baptismo Æthiopis;

Epistolam ad Reginum Comitem; sermonem de verbis Micheæ Prophetæ & varia fragmenta eorum quæ non extant.

FULVIA OLYMPIA MORATA, *Fulvii Peregrini Morati filia, Andreæ Gründeri Viri docti Uxor, ipsa fæmina erudita. Vide Vossii librum de Philologiâ pag. 14. Melchiorem Adamum de claris Philosophorum Vitis p. 162. Obiit Heidelbergæ ætatis XXVIII.*

Opera omnia, inter quæ ferè præcipua: Epistolarum Libri II. Carmina; Dialogi; quædam ex Boccatio versa; curâ Cælii Secundi Curionis. Basileæ ex officinâ Petri Pernæ 1580. 8

FULVIUS URSINUS *Romanus. Vitam ejus vide apud Erythræum Pinacotheca P. I num. 4.*

Familiæ Romanæ in antiquis Numismatibus occurentes ab U. Condita ad Tempora D. Augusti, cum adjunctis Antonii Augustini, auctæ à. Carolo Patinò Parisiensi Medico. Parisiis ap. Joan. du Bray Petrum Variquet, & Robertum de Ninville, fol. anno 1663.

Imagines & Elogia illustrium ac Eruditorum Virorum, ex lapidibus antiquis, & Numismatibus expressæ. Romæ formis Antonii Lafrerii fol. anno 1570.

Leges & Senatusconsulta quæ in veteribus cùm ex lapide, tùm ex ære monumentis reperiuntur, notis illustrata. Romæ apud Franciscum Zannettum 1583. 4.

Appendix ad Petrum Ciacconium de Triclinio. Romæ in 8. 1588. Amstelodami apud Andream Frisium 12. 1664.

G.

GABRIAS auctor Græcus. Fabellæ, quæ sub ejus nomine feruntur, à nonnullis Ignatio Diacono tribui solent, veluti fit in editione earum, quæ Lugduni Batavorum anno 1598. unà cum Phædri fabularum Libris prodiit apud Plantinum, quod editor repeperisse ait Fabium Paulinum in casco codice.

GABRIEL ALBASPINÆUS. Episcopus Aurelianensis circa an. 1627. Epitaphium ejus elegans, quod ab Edoardo Leigh in Tractatu Anglico de eruditis L. III. cap. 2. refertur, dabo in Monumentis, quæ adorno, sepulchralibus.

Notæ & observationes in canones aliquot Concilii Eliberini. 12. Ultrajecti 12. 1643.

Notæ in Optatum Milevitanum Vide infra v. OPTATUS.

GABRIEL BARIUS Franciscanus. De Linguâ Latinâ Libri. Romæ anno 1554.

GABRIEL BIEL Ordinis Clericorum in communi viventium, Tübingæ circa an. 1490. floruit. Sermones de Tempore per totum annum. Hagenoæ per Henricum Gran. anno 1510

Defensorium Obedientiæ Apostolicæ ib. ap. eundem 1510.

GA-

GABRIEL BUCELINUS Prior Monasterii S. Joannis Baptistæ in oppido Rhetiæ Veldkirchen dicto, Ord. S. Benedicti, ante paucos annos clarus. Menologium Benedictinum sive Catalogus SS. Ordinis hujus secundum totius anni dies: item Annales Benedictini â S. Benedicto ad annum 1631. usque Augustæ Vindel. 1656. in fol.

Germaniæ Topo - Chrono - Stemmatographicæ sacræ & profanæ Tomi III. quorum primus Augustæ Vind. an. 1655. Secundus anno 1662. ibid. Tertius anno 1672. Francofurti prodiit, omnes in fol.

Aquila Imperii Benedictina. 4. Venetiis 1651.

Rhætia sacra & profana. Ulmæ 4. 1666.

Descriptio Lacus Potamici. Francofurti 4. 1667.

Nucleus historiæ sacræ & profanæ, III. vol. Ulmæ 12. 1654.

GABRIEL COLLANGELIUS Alvernus Turonicus.

Polygraphiam Trithemii Gallicè reddidit, additâ dissertatione de Cabbala impressam Parisiis anno 1561. Opus hoc deinceps Dominicus ab Hottinga Frisius JC. suppresso & expunctô tum ipsius autoris, tum interpretis nomine adscivit, & anno 1621. denuò ad veterem Parisiensem editionem κατὰ πόδα recusum pro suo venditare ausus est, teste Gustavo Seleno Cryptographiæ pag. 171.

Polygraphie òu Methode universelle de l' Escriture cacheé par Hottinga in 4. Gröningæ 1621. alibi lego Embdæ in 4. anno 1620.

GABRIEL ILDEFONSUS Villabraxinensis. De Viri & fœminæ comparandâ fœcunditate. Villabraxinæ 1620. 4.

GABRIEL INCHINO Canonicus Regularis Lateranensis anno 1579.

De IV. novissimis Conciones Neapoli, Cremæ & Ravennæ habitæ. Venetiis 1596. è Typographiâ Guerræâ. Italicè. Quas deinde Latine reddidit F. Antonius Dulckën Carthusiæ Colon. alumnus. Coloniæ sumtibus hæredum Joan. Crithii 8. 1632.

GABRIEL PHILADELPHIENSIS Metropolita. SEVERUS vero cognomine.

Opuscula ejus de fide Ecclesiæ Orientalis nuper Parisiis in 4. 1671. edita. Vide de eo Allatii Opus de consensu Ecclesiarum variis in locis.

GABRIEL PALÆOTUS *Cardinalis Bononiensis, & Archiepiscopus, à Pio V. creatus.*

De bono senectutis Liber. Romæ in 4. anno 1595.

Archiepiscopale Bononiense, sive de administratione ejus Archiepiscopatus. Romæ 1594. apud Joannem Angelum Ruffinellum.

De

De imaginibus Sacris & profanis Liber. Ingolstadii ex offic. Davidis Sartorii 1594.

GABRIEL PENNOTUS *Novariensis, Canonicus Regularis Ord. Aug. Congregationis Lateranensis.*

Generalis totius Sacri Ordinis Clericorum Canonicorum Historia tripartita. Romæ 1624. in fol. & Coloniæ Agrip. anno 1645. fol.

Propugnaculum humanæ libertatis. Lugduni 1624.

GABRIEL SIMEON *Florentinus. Les illustres Observations antiques en son dernier voyage d' Italie l' an 1557. Lugduni apud Joannem Tornæsium. 4. 1558.*

Vidi hunc libellum Lipsiæ apud amicum. Ipsum auctorem Thomasinus in vitâ Petrarchæ cap. 14. antiquitatis eximium vocat investigatorem.

GABRIEL SIONITA *è Libanô Maronita, ab adolescentiâ Romæ in Collegio Maronitarum educatus, Parisiis Linguarum Orientalium Professor Regius.*

Psalterium Davidicum Arabicè & latinè, una cum Victorio Scialac Romæ an. 1614. edidit.

GABRIEL VASQVETZ Bellemontanus Hispanus, è Soc. Jesu, in Hispania & Romæ docuit.

Tomus I. Comm. ac disputationum in D. Thomam. Venetiis apud Baretium 1600. & Lugduni anno 1631.

Tomus II. Comm. in eundem. Romæ an. 1600. & Lugduni.

De cultu adorationis Liber. Compluti 1594. 4.

GAILLARDUS GVIRANUS in Nemausensi Senescallia, Præsidialique Curiâ Regius Consiliarius, & in suprema Arausionensi Senator.

Explicatio duorum vetustorum Numismatum Nemausensium ex ære. Arausioni apud Edvardum Rabanum 1655. in 4.

GALENUS Persis Tzalinus, Medicus Græcus, post Hippocratem præcipuus. De eo vide Philippi Labbæi *Elogium Galeni Chronologicum Parisiis anno 1660. in 8. editum, nec non ejusdem vitam Galeni ex eius operibus collectam ibidem excussam.* Effigiem antiquissimam repræsentat Lambecius Tomo II. cap. 7. de Bibl. Vindob.

Opera omnia græcè Basileæ Tomis V. anno 1538. apud Andream Cratandrum in fol.

Eadem Latine in VII. Tomos distincta Venetiis 1625. in fol.

Hasce editiones veluti præstantiores commendat Boeclerus commentatione posthumâ de Scriptoribus Græcis ac Latinis pag. 58.

GALILÆUS de GALILÆIS academicus Lynceus, in Gymnasio Pisano Mathematicus, Sereniss. M. Ducis Hetruriæ Philosophus & Mathematicus.

Syste-

Systema cosmicum, in quô IV. dialogis de duobus maximis Systematibus, Ptolemaico & Copernicano, utriusque rationibus philosophicis ac naturalibus indefinite propositis disseritur. Ex Italicò Latine redditum per Mathiam Berneggerum Professorem Argentorati. Londini apud Thomam Dicas 1663. in 8.

Opera omnia Italicè in Bologna 1656. in 4.

GALLUS regalis Cœnobii AULÆ Regiæ, Ordinis Cist. juxta Pragam in Bohemia, Regum Bohemiæ Mausolæis celebris, Abbas. *Malogranatum sive dialogus in III. Libros divisus, interlocutoribus Patre & filio* de statu incipientium, de statu proficentium, de statu perfectorum. Incipit: *Fili accedens ad servitutem Dei.* Impressum anno M.CCCC LXXXVII. suppresso loci & Typographi nomine. Meminit Vischius pag. 118.

S. GALLUS Confessor, habuit sermonem Constantiæ in Templo S. Stephani, in consecratione Joannis Episcopi Constantiensis, quem primum edidit ex Monasterio S. Galli Canisius Tomò V. antiq. lectionum. Sed & Barthius, Christianæ doctrinæ ... eundum sub nomine Galli Confessoris, Notis illustratû divulgavit Francofurti 1623. 8. Quod cû ... idem opusculum.

GALTERUS PHILIPPUS CASTELLIONIUS Insulensis Flander circa annum 125.. clarus, Episcopus Magalonensis (*Magalone insula est Maris mediterranei, è conspectu Galliæ*) Alexandris sive gesta Alexandri M. ad Guilielmum Episc. Rhemensem libris X. olim in scholis tam frequentes, ut præ illis veterum poëtarum lectio negligeretur. Confer de eo Val. Andream pag. ..3. Barthium ad Claudianum p. 1140. Vossium de Poëtis Latinis. Reinesium Epistolâ 75. prodiit Opus hoc Argentinæ anno 1513.

GARSIAS LOAYSA Theologus Complutensis, post Archidiaconus Guadalfajarensis, demum Archiepisc. Toletanus. Concilia Hispaniæ; & in his Toletana XVII. in unum collecta notisque eruditis illustrata. Madriti apud Petrum Madrigal anno 1593.

Obiit Compluti anno 1599. ætatis 65.

GARCIAS MENESIUS Episcopus Eborensis, Alfonsi V. Regis Lusitaniæ Legatus Romæ in Templo D. Pauli ad Sixtum IV. & Cardinalium Senatum orationem habuit, ad bellum infidelibus indicendum persuasoriam, quæ prodiit Conimbricæ a Gaspare Varrera anno 1561.

GARCIAS de SILVA & FIGUEROA *Philippi III. Hisp. Regis consiliarius, & ad Xad Abbas Persarum Regem Legatus, anno 1614.*

L'Ambassade en Perse. Ex Hispanicô gallicè reddita per Vicquefortium. Parisiis 4. 1667.

Hispanicæ historiæ Breviarium. Olyssipone ap. Eman. à silva 1628. 18.

GASPAR BRAVO *de Sobremonte Ramirez. Philippi IV. & Caroli II. Hispp. Regum Archiater, Supremi senatus S. inquisitionis Minister & protomedicus; olim in Gymnasiô Vallisoletanô artium cathedræ Chirurgicæ Methodicæ, vespertinæ primariæ Hippocratis & primariæ Avicennæ moderator.*

Resolutionum & Consultationum Medicarum Tomi III. Lugduni in fol. an. 1654.

GASPAR CÆLIUS *Romanus, Astrologus insignis. Obiit ætatis anno LXX. Vide Erythræi Pinacothecam Lib. I. num. 127.*

Memoria fatta delli nomi, dell' artefici delle pitture di Roma. Neapoli 1638. in 12.

GASPAR CASALIUS *Lusitanus. Ordinis S. Aug. Episcopus Conimbricensis, & Legatus ad Concilium Tridentinum.*

De justificatione humani generis L. III. Venetiis 1600. in fol.

GASPAR CONTARENUS *S. R. E. Cardinalis, anno 1523. clarus.*

Opera omnia Venetiis 1589. fol.

De Republicâ & Magistratibus Venetorum Libri V. Venetiis in 4. 1589.

GASPAR GRAJAR *S. Theol. Licent. in acad. Salmanticensi Professor. Commentarius in Michæam Prophetam. Salmanticæ ap. Mathiam Gastium an. 1570. in 8.*

GASPAR HEDIO *Chronographus, Pastor Argentinensis, obiit an. 1552. Chronica Ecclesiasticæ historiæ, in qua Eusebii, Rufini Sozomeni & Theodoreti historiæ Ecclesiasticæ, Tertulliani Apologeticus, Justini Martyris Liber adversus gentes, Cyprianus adversus eosdem, Plinii Epp. ad Trajanum, omnia ab eô Germanicè reddita. Argentorati per Georgium Ulricher von Andla fol. an. 1530.*

GASPAR JONGELINUS *Antwerpiensis, Ord. S. Cist. ad S. Salvatorem in patriâ Monachus, deinde Abbas Eussertbalensis in diœcesi Spirensi.*

Notitia Abbatiarum Ordinis Cisterciensis per universum Orbem Libri X. Coloniæ Agrip. apud Joan. Henningium 1640. fol.

Elogia B. Bernardi & Monachorum Cisterciensium. ib. 1644. 4.

Origines ac progressus Ordinis Cisterciensis Abbatiarum Ordinum Equestrium de Calatrava, Alcantaræ &c. Coloniæ 1641. Typis Birckmannicis.

Purpura D. Bernardi sive Elogia & insignia gentilitia Pontificum, Cardinalium, Archiepiscoporum, & Episcoporum, qui ex ordine Cisterciensi assumpti, in S. Romanâ Ecclesiâ floruerunt. Coloniæ Typis Henrici Krafft 1644. in fol.

GASPAR LOARTES *Hispanus è soc. Jesu Theologus.*

Con-

Conforto de gli afflitti. Venetiis ap. Joan. Bapt. Bonfadinum. 1593.

Exercitium vitæ Christianæ, Italicè. ibid. apud Gverræos. 1593.

De meditandâ continuò passione Christi Tractatus. Italicè Brixiæ apud Vincentium Sabium 1588.

GASPAR LOPEZ *canarius. Comm. in Galeni Libros de Temperamentis. Compluti apud Petrum Robles & Francis. Cormellas f. 1565.*

GASPAR MARCUCIUS *Lucensis.*

Quadripartitum Melancholicum, de Melancholiæ morbo, essentiâ, causis, differentiis, prognosi & curatione. Romæ apud Andr. Phæum 1645. 4.

GASPAR à MELO *sive* MELIUS *Hispanus, Ordinis Augustini ap. Vallisoletanos primarius Professor, circa annum 1589. clarus.*

Commentarius in Mathæum. Pinciæ in fol. annó 1594.

Comm. in Lucã. Vallisoleti fol. 1597.

Commentarius in apocalypsin. Pinciæ 1589. fol.

GASPAR à S. MICHAELE *Ord. Carmel. discalceatorum.*

Chronicon Ordinis Patrum Carmelitarum Excalceatorum, scriptum Hispanicè à Francisco à S. Maria in linguam Italicam vertit & edidit Genuæ 1654. in fol.

GASPAR à REIES *Hispanus. Campus Elysius jucundarum quæstionum omnibus litteratis, Medicis inprimis maxime delectabilis. Bruxellis in fol. anno 1661.*

GASPAR SALKEDI de AGVIRRE *Hispanus, S. Th. D. & in academiâ Baeciensi Professor, Prior Ecclesiæ Giennensis anno 1601.*

Allusiones Novi Testamenti ad Vetus. Giennii fol. 1608.

GASPAR SANCTIUS *Centumputeolanus, Soc. J. Theologus & in Acad. Complutensi, in Collegio Societ. suæ sacrarum litterarum interpres.*

In Ezechielem & Danielem Prophetas Commentarii ac paraphrases. Lugduni sumtib. Horatii Cardon 1619. in fol.

In IV. Libros Regum & II. Paralipomenôn. Lugduni f. 1623.

In Libros Ruth, Esther, Esdræ, Nehemiæ, Tobiæ, Judith, Machabæorum Comm. Lugduni f. 1628.

In Prophetas minores & Baruch Comm. Lugduni f. 1621.

In Isaiam Com. Lugduni f. anno 1615.

GASPAR TRISTAN. Disceptatio de Clerico Medico. Valentiæ 1606. 8.

GAUFREDUS Monachus S. Benedicti Hispanus, circa annum 1087. in vivis Gesta sui Temporis, editore Hieron. Suritâ, Cæsaraugustæ Typis Dominici à Portonariis 1578. dedicata Antonio Augustino Archiepiscopo Tarraconensi. Vossius Lib. III. de Hist. Lat. cap. 6. rogatu Roberti Guiscardi Siciliæ Comitis scripsisse *Libros IV. de acquisitione regni Siciliæ, Calabriæ, Apuliæ & Siciliæ insulæ, per dictum Robertum & Fratres de*

Normanniæ venientes: & productos illos primum esse à Dominico de Portonariis. Extant etiam Tomo IV. Hisp. illustratæ.

GAUFREDUS Cœnobita Monasterii D. Martialis Lemovicensis, ac deinde Prior Vosiensis in eadem diœcesi, circa annum 1183. Chronicon à tempore Roberti Pii Francorum Regis usq; ad dictum annum. Edidit Labbæus Tomo II. Bibl. novæ MSS. à pag. 330.

GAUTERIUS Monachus Cluniacensis. De miraculis B. Mariæ Virginis Liber, extat Tomo IV. ejusdem Bibl. Labbæanæ à pag. 650.

GEBER Arabs. Chimia sive traditio summæ perfectionis & investigatio Magisterii, emendata à Gaspare Hornio Medico Norimb. edita à Georgio Hornio. Lugduni Batavorum 1668. in 12.

R. GEDALIAH Hebræus Ben Jechaja, circa annum Christi 1588. Joclarus, quod ex fol. 66. Libri ejus patet. Schalscheleth Haccabalah sive *Catena Cabbalæ*, Liber historicus & Chronologicus, ab initio M. usque ad Tempora sua. Venetiis apud Joannem de Gara anno 1587. & Cracoviæ 1596. in 4.

GELASIUS CYCIZENUS Episcopus Cæsareæ Palæstinæ circa annum Christi 476.

Libri II. de actis Synodi Nicænæ primæ græce, cum interpretatione Latinâ Roberti Balfourei Scoti Parisiis 1599. in 8.

GELASIUS II. antea Joannes Cajetanus, natione Campanus, Ordinis S. Bened. Monachus. Obiit anno 1119. Passio S. Erasmi Cajetani Episcopi, edita cum Observationibus a Constantino Cajetano. Romæ 4. 1639.

Aulus GELLIUS, aliis Agellius vocatus. Vide dissertationem peculiarem de nomine ejus à Petro Lambecio conscriptam & cum lucubrationibus in hunc autorem editam. Agellium in MS. suo Codice nuncupari ait Vossius libro de analogia pag. 394.

Noctium Atticarum Libri XIX. libri enim octavi sola lemmata contentorum supersunt, editore Beroaldo, cum præfatione ad Sigism. Hoenloum Scholasticum, Germanum. Venetiis ap. Joannem de Tridino fol. 1509.

Amstelodami ex editione Gronovii anno 1651. in 12. ex offic. Joannis Jansonii. Quæ editio emendata est.

Cum selectis Comm. Antonii Thysii & Jacobi Oyselii. Lugd. Bat. ex officina Petri Leffen 8. 1666.

GEMINIANUS MONTANARUS Mathematum Professor Bononiæ.

Meditationes physico-mathematicæ super quædã experimenta Bononiæ in Academia Philosophica, ab illustrissimo & Rev. Abbate Carolo Antonio Sampieri erecta, circa diversos effectus li-

liquorum in canalis vitreis & aliis vasis factis. Bononiæ 1668 8.

GEMINUS RHODIUS Mathematicus, paulo ante Ciceronem clarus.

Isagoge doctrinæ Sphæricæ græce & lat. editore Dionysio Petavio, cum aliis. Parisiis anno 1630.

GENESIUS Græcus Scriptor continuavit Theophanis & Georgii Syncelli Chronographias, ineditus hucusque, paucis etiam eruditissimis Viris visus, notusve, aliquando à nobis edendus, ait Joan. And. Bosius Professor olim Hist. Jenensis diss. de testimonio Josephi de Christo pag.24.

GENNADIUS Massiliensis Presbyter & posteà Episcopus vixit anno Domini 490.

De Dogmatibus Ecclesiasticis L. duo cum Observ. Geverharti Elmenhorstii. Additæ sunt Martialis Lemovicensis duæ Epistolæ Hamburgi 4. anno 1614.

GENNADIUS SCHOLARIUS patriarcha Constantinopolitanus, circa annum 1440.

Explanatio V. capitum Concilii Florentini, interprete Joanne Mathæo Caryophilo. Romæ 1638. in 4. typis Congreg. de fide.

Pro V. Capitibus Concilii ejusdem defensio ibid. eod. anno.

GEORGIUS ACROPOLITA Logotheta temporibus Michaelis Palæologi clarus, anno 1261.

Chronicon Constantinopolitanum ab anno cIↃccIII. usq; ad annum cIↃcclxi. Georgius Douza illud Constantinopolitani secum advexit, Theodorus verò Douza cum interpretatione sua, & Notis edidit. Lugduni Bat. anno 1614. Sed & græce cum vers. Allatii prodiit Parisiis ex Typographia Regia fol. an. 1651. ubi additæ Joëlis Chronographia compendiaria, & Joannis Cannani narratio de bello Constantinop.

GEORGIUS BARTHOLOMÆUS Pontanus. Bibliotheca Concionum e celebrioribus novis & antiquis auctoribus & postillatoribus, variis item meditationibus & lectionibus digesta. Coloniæ Agr. apud Anton. Hieratum 1608. fol.

Possevino pag. 626. T. I. Georgius Bartholdus Pontanus à Braitenberg vocatur. Sic & aliis.

GEORGIUS PASTA. *Govierno de la Cavalleria ligera compuesto por George Basta conde del Sacro Imperio Romano, Governador y capitan general en Ungria y Transilvania por el invictissimo Emperador Rodolfo II. de gloriosa memoria, y su Lugartiniente general en Alemanna. Traducido del lenguaje Toscano, en Espannol por Pedro Pardo Rivadeneyra entretenido por su Magestad en los estados de Flandes, y dirigido al Excellentissimo Sennor. Don Gaspar de Guzman Conde de Olivares. En Bruselas en casa de Juan de Meerbeeck 1624. 4.*

GEORGIUS BUCHANANUS *Scotus,*

tus, obiit anno 1582. ætatis 76. Vide Zeilerum de Historicis P. II. p. 27. Thuanum lib. LXXVI.

Rerum Scoticarum Historiæ Libri XX. Edimburgi anno 1583. f.

Historiam autem humanæ ci à quibusdam tribui video, sed is est David Buchananus alius a nostro.

Paraphrasis Psalmorum Poetica & Tragoediæ duæ Sacræ Jephthes sive votum & Baptistes sive calumnia. Edinburgi excudebat Gideon Lithgo academ: Typographus 1660. 12.

GEORGIUS CEDRENUS *Monachus sub Isaacio Comneno circa annum 1057. clarus, sive potius incertæ ætatis Scriptor. Vide Vossium Lib. IV p. 450. Compendium historicum sive Annales ab initio M. usq. ad dictum Comnenum, græcè cum versione emendatâ Gvil. Xylandri, Notis Jacobi Goar Ordinis Præd. Monachi, & Caroli Annibalis Fabroti glossario. Parisiis Typis regiis fol. 1647.*

GEORGIUS CHRYSOCOCCAS. *Expositio in constructionem Persarum ad Joannem Charsioten MS. græcè apud Allatium. Vide ejus librum de Mensurâ Temporum p. 14. Astronomia Persica MS. in Bibl. Scorialensi. Barvoetius pag. 126. edit. Maderi.*

GEORGIUS CODINUS *Curopalates ætatis incertæ autor græcus.*

Excerpta de Originibus Constantinopolitanis, cum antiqua versione latinâ: Opusculum de Schematographia Urbis Const. temporibus Byzantis Constantini M. & Theodosii junioris. Liber de signis, statuis, aliisq. spectatu dignis Constantinopoli. De ædificiis Urbis Liber. De structurâ Templi S. Sophiæ Liber. De annis ab O. C. ad Constantinum M. & de Imperatoribus Constantinopolitanis ad urbis expugnationem sive annum 1453. omnia cum versione Latina, partim antiquâ, partim novâ, & animadversionibus Petri Lambecii sub Titulo: Syntagmatis Antiquitatum Constantinopolitanarum. *Lutetiæ Parisiorum Typis regiis 1655. fol.*

De officiis & Officialibus aulæ & Ecclesiæ Constantinopolitanæ græcè cum versione & libris III. Commentariorum, Observationum & emendationum Jacobi Gretseri. Parisiis 1625. fol. ap. Sebastianum Cramoisy.

Idem Opus græcè & lat. Parisiis fol. 1648. Typis Regiis.

GEORGIUS COELESTINUS *S. Th. D. & Ecclesiæ Coloniensis in Marchiâ Præpositus.*

Historia Comitiorum Augustæ Vindelicorũ an. 1530. celebratorũ Tomis IV. Francofurti ad Viadrum 1576. fol.

GEORGIUS CORCYRENSIS *Metropolita, sub Joanne Comneno Imp. clarus. Opuscula adversus Latinos in Bibliothecâ Barberinâ extant exarata manu Joannis Nereteni anno 1136. teste Leone Allatio de Consensu Lib. II. cap. XI.*

GEORGIUS CYPRIUS. *Epistolæ ejus DXCVII. græcè MSS. in Bibliothecâ Scorialensi olim. Barvoetius p. 131.*

GEORGIUS DALGARNO. Ars signo-

signorum sive character universalis & Lexicon Grammatico-Philosophicum. Londini 1661.

M. GEORGIUS DRAUDIUS Ottenbergensis. Bibliotheca Classica sive Catalogus officinalis, materialis, ordine alphabetico & facultatum ad annum usq; 1624. inclusivè Tomis II. Francofurti ad Mœnum 1625. impensis Balth. Ostern 4.

GEORGIUS ELMACINUS fil. Abuljaseri, Elamidi, fil. Abul mocaremi, fil. Abultaybi, Arabs Christianus. Historia Muselmannorum à Muhammede Albukahem ad Imperium Atabaceum, Arabice editore Thoma Erpenio Lugduni Bat. fol. 1622.

Latine interprete eodem è Codice Bibliothecæ Heidelb. ibidem 4. anno 1625.

Gallice eam vertit Petrus Vatterius Archiater Ducis Aurelianensis ex Arabico. Parisiis 1657.

Hottingerus Libro II. c. 3. Bibliothecarii edita illa partem solum posteriorem esse ait: priorem ab initio M. se possidere α. ἐκδ. Ἰον καὶ ἀνερμηνευτ.

GEORGIUS GEMISTUS PLETHO circa tempora captæ Constantinopolis clarus, patriâ Constantinopolitanus, Philosophus & Mathematicus.

De fato Tractatus MS. apud Leonem Allatium, qui ejus editionem ante paucos annos moliebatur, fatente Naudæo dissert. de fatô p. 160. edit. Genev.

GEORGIUS GOMEZIUS PEREIRA Hispanus, patriâ Methymna-Duellensis, homo acutus & doctus, bruta sensu prædita esse, opere admodum operoso & triginta annis elaborato cui titulus: ANTONIANA MARGARITA demonstrare est conatus teste Blomio in Hexaemero p. 218.

Ex isto omnia Cartesium hausisse, quæ de brutorum animâ commentatus est, tradit Ol. Borrichius inter Epistolas Thomæ Bartholini Cent. III. n. m. 81. Linden de scriptis medicis pag. 181. hoc ejus Opus memorat: *Gometii Pereiræ Methymna Duellensis, novæ veræque medicinæ experimentis & evidentibus rationibus comprobatæ Pars prima. Methymnæ Duelli apud Franc. à Cauto 1558. fol.* In posteriori editione vero tale: *Gomezii Pereiræ Antoniana Margarita, in quâ omnium penè morborum discursus proponuntur. Methymnæ Duelli ap. Antonium Crasbeeck 1587. f. In Catalogo Riolani lego: Gomezii Pereiræ Antoniana Margarita de immortalitate animæ anno 1554. in fol.*

GEORGIUS GVALTHERUS. Collectio inscriptionum antiquarum & Tabularum Siciliæ & Brutiorum cum animadversionibus. Messanæ 4. 1624. apud Petrum Bream.

GEORGIUS HELWICH Mo-

guntinus. De nobilitate Ecclesiæ Moguntinæ ejusq; Canonicis ab anno 1500. Moguntiæ 1614. 4. ap. Balthas. Lippium.

GEORGIUS ENGELHARD LÖHNEYSEN Magister Stabuli Sereniss. Ducis Brunswicensis & Præfectus fodinarum.

Aulico-politica sive de educatione, officio, virtutibus, Ministris, reditibus Principum opus. Remlingæ folio regali anno 1622. germanice.

Della Cavalleria sive de arte equitandi, Exercitiis equestribus, & torneamentis Opus curiosum & pluribus elegantibus iconibus æri incisis exornatum. [illegible] Francofurti in folio maj. ap. Anbr[illegible] anno 1625.

GEORGIUS LONGUS Sacerdos S. Th. D. & Ambrosianæ Bibliothecæ Mediolani Custos primus. Plura de eo dicam in Syntagm[illegible] de Claris Bibliothecariis.

De [illegible] varia [illegible] apud antiquos ritu. Mediolani 8. apud Joan. Bapt. Piccal[illegible]um 1615.

GEORGIUS MANCELIUS Semgallus S. Theol. Lic. & Ducis Churlandiæ Concionator aulicus.

Explicatio Evangeliorum totius anni lingua Lettica Partes II. Rigæ Livonum apud Gerhardum Schröder 1654. 4.

GEORGIUS METOCHITA Diaconus magnæ Ecclesiæ sub Andronico Seniori Imp. Vide Allatium Lib. II. cap. 15. de consensu, ubi scripta ejus recenset de processione Spiritus S. & alia quædam. Qui etiam MSS. extant vel extabant olim in Scorialensi Bibl. Barvoetius p. 127.

GEORGIUS MORGENSTERN de Odera, Juris Pontificii D. & Concionator Lipsiæ circa annum 15[illegible]. Vide anonymum illum de Cl. Acad. hujus Viris, quem Maderus publicavit nũ. 52.

Sermones contra perversum statum Mundi, incip. *Væ væ habitantibus in terra.* Lipsiæ 15[illegible]1. & deinde Augustæ Vindel. an. 15[illegible]5.

GEORGIUS PACHYMERES Constantinopolitanus, sacerdos & hieromnemon, circa annum 1280. clarus.

Historia à temporibus Mich. Palæologi sive anno 1261. quo is imperare cœpit, usque ad annum XXIII. Andronici Senioris, græcè cum interpretatione latina & observat. Petri Possini e Soc. Jesu. Romæ in fol. anno 1661. typis Barberinis.

GEORGIO PAGLIARI Italus. Osservationi sopra i primi cinque libri di gl' Annali di Cornelio Tacito. in Milano anno 1612.

GEORGIUS PISIDES Diaconus Constantinopolitanus, cujus meminit Nicephorus lib. XIIX. cap. 48. historiæ. Opus sex dierum

rum

rum sive de mundi opificio carmen, græcè & latinè: apud Commelinum anno 1596. in 8.

GEORGIUS SINCLARUS. Ars magna & nova gravitatis & levitatis. Roterodami 4. 1669. apud Arnoldum Leers.

GEORGIUS Monachus, Tarasii Patriarchæ SYNCELLUS, circa annum 782. fuit temporibus Constantini Porphyrogenneti.

Excerpta Chronographica, in quæ Eusebii Chronicon ferè totum descripsit. Parisiis in fol. anno 1652. typis Regiis. Additum est Nicephori breviarium Chronographicum.

GEORGII SYRI Chronicon Arabicum pollicetur Gilbertus Gaulminus in Epistola quâdam ad Christianum Ravium, quam hic unà cum specimine suo Lexici Arabico-Persici divulgavit. Forte est Georgius Elmacinus, de quo supra.

GEORGIUS TRAPEZUNTIUS Cretensis, natus anno 1396. Romæ sub Eugenio IV. Rhetoricam docuit.

De processione Spiritus S. ad Joan. Crebuclesium, cujus Operis meminit Allatius de Libris Eccles. pag. 144.

Libellus de re dialectica, cum scholiis Joan. Noviomagi, qui vitam Trapezuntii præfixit. Coloniæ Agripp. ap. Gymnicum anno 1538.

GEORGIUS TROMBA. Disputatio habita coram Emanuele II. Palæologo inter Demetrium Chrysoloram & Antonium Asculanum de verbis Christi de Juda: *melius esset, si natus non fuisset*, interprete Georgio Tromba. Florentiæ in 4. ap. Petrum Cecconcellum 1628.

GEORGIUS VASARUS *Pictor & architectus Aretinus Superiori seculo. Vitæ excellentium Pictorum, Sculptorum & architectorum Partib. III. idiomate Italicò. Florentiæ ap. Juntas 1567. in 4. & deinde editore Carolo Manolessio, al serenissimò Ferdinando II. Gran Duca di Toscanà, in Bologna presso gli heredi di Evangelista. Dozza anno 1647. in 4.*

GEORGIUS HIERONYMUS VELSCHIUS *Patritius & Medicus Augustanus.*

Dissertationes II. medico-philosophicæ de ægagropilis: adjunctum Alexandri Gatti de venatu damarum Poëma ex Italicò latinè à Velschio *redditum. Augustæ Vind. 1668. 4.*

Sylloge curationum & observationum Medicinalium; quâ continentur Marcelli Cumani, Jeremiæ Martii, Achillis Gassari, Joannis Udalrici Rumleri & Hieron. Reusneri Observationes è MS. editæ: item Notæ & Episagmata Velschii ibid. in 4. anno 1668.

Exercitatio de vena Medinensi ad mentem EbnSinæ sive de dracunculis Veterum, Specimen exhibens novæ

versionis Avicennæ ex Arabicô, cum Commentariô uberiori. Cui accedit altera de vermiculis capillaribus infantium. ibid. impensis Theophili Gœbelii 1674. 4.

GERARDUS ELIGIUS *Cartusianus & Vicarius Bruxellensis.*

Vita ac Martyrium B. Justi Goudani, Cartusiæ Delfensis apud Batavos Sacristæ. Bruxellis 1624. 4.

GERARDUS FRACHETUS *Lemovicensis, Ordinis Prædicatorum. De primis fratribus Ordinis S. Dominici. Duaci 1619.*

GER RDUS de LEIO *Batavus. Gesta Romanorum moralizata, Goudæ. 1480. in fol.*

GERARDUS JOANNES VOSSIUS *Ruræmundæ anno 1577. natus, Dordraci litteras politiores didicit, ubi & Rector Scholæ per XX. annos vixit, deinde Professor Leidensis. & demum Scholæ illustris sive Gymnasii Amstelodamensis Professor historiarū.*

Historia Pelagiana. Amstelodami 4. 1655.

Responsio ad Judicium Hermanni Ravensbergeri 4. Leydæ 1618.

De Idololatria sive Theologiæ apud gentiles origine Libri IV. Amstelodami 1641. in 4. 2. Volum. & deinde additis Libris aliis tribus ibid. anno 1668. in fol. apud Joan. Blaeu. De tribus Symbolis 4. ibid. 1662.

Dissertatio gemina, una de Jesu Christi genealogiâ; altera de annis, quibus natus, baptizatus, mortuus. ibid. 4. 1643.

De baptismô disputationes XX. ib. 4. annô 1648.

Harmonia Evangelica de Passione, morte, resurrectione & ascensu Christi. 4. Amstel. 1656.

Theses Theologicæ & historicæ de variis doctrinæ Christianæ capitibus. Hagæ-Comitis 4. 1658.

Aristarchus sive de arte grammaticâ Libri VII. Amstelodami ex offic. Joan. Blaeu. 4. 1662.

Institutiones Oratoriæ in 4. Leydæ 1643.

De Historicis Græcis Libri IV. Lugd. Batavorum ex offic. Joan. Maire. in 4. 1651.

De Historicis Latinis Libri III. ibid. ap. eundem 4. 1651.

Etymologicum Linguæ latinæ: item Tractatus de litterarum permutatione. Amstelodami apud Ludovicum & Dan. Elzevirios, curâ Isaaci Vossii fil. annô 1662. in fol.

De arte historicâ Liber. Lugd. B. apud Joan. Maire 1623. 4.

De artis Poeticæ naturâ & constitutione Liber. Amstelod. apud Lud. Elzevirium 1647. 4.

Poeticarum institutionum Libri III. ibid. 1647. 4.

De institutione cùm Oratoriâ, tùm poëticâ, deq. recitatione Veterum Liber. ibid. 1647. 4.

De Poëtis Græcis atq; Latinis Libri II. Amst. l. apud Joan. Blaeu 4. 1654.

De Philosophia & Philosophorum sectis Libri II. Hagæ Com. apud Adrianum Vlacq. 1658. 4.

De

De Vitiis sermonis & glossematis Latino-barbaris 4. Amstelod. 1645.

Idem Opus Francofurti 4. 1666.

Rhetorica contracta 8. Leydæ 1640. Amstelodami 8. 1651. & alibi.

Grammatica Latina. Amstelod. 8. 1631. & alibi.

Grammatica græca Clenardi. Amstelod. 8. 1670. & alibi.

De Logices & Rhetorices natura Libri II. Hagæ ap. Adr. Vlacq. 4. 1658.

Isagoge Chronologiæ Sacræ 4. ibid. anno 1659.

De Jure magistratus in rebus Ecclesiasticis. 4. Amstelod. 1669.

De ratione studiorum, una cum aliis Ultrajecti 1658. 12.

De Cognitione Sui. 12. Amstel. 1644.

Com. in Epistolam Plinii de Christianis & edictis Romanorum Impp. adversus Christianos. 12. Amstel. 1654.

De IV. artibus popularibus, de Philologia & scientiis Mathematicis, cui subjungitur Mathematicorum & scriptorum ab iis librorum ac Operum Chronologia in tres Libros divisa. Amstelod. ap. Joan. Blaeu 4. 1650.

GERMANUS *Patriarcha Byzantinus. Librum ejus de Sanctis Synodis MS. se habere græcè ait Seldenus pag. 73. ad periocham Eutychii à Patricio Junio.*

GIDEON HARVEUS Medicinæ D. De febribus Tractatus Theoreticus & practicus. Londini 1672. 8.

GILBERTUS FILHOLIUS Abbas Nealphæ veteris in Galliâ circa annum 1560.

Sacra Regum historia, carmine heroico, cum Notis & observ. edita ab Ægidio Gorbino Parisiis 1587.

GILBERTUS FOLIOTH Canonicorum Regularium Cœnobii Leicestrensis Abbas, Episcopus deinde Herefordensis & demum Londinensis Antistes, circa annum 1187. clarus.

Commentarius in Canticum Canticorum, curâ Patricii Junii. Londini 4. 1638. additus Alcwini in idem canticum commentariolus.

GILBERTUS GAULMINUS Libellorum supplicum in Gallia Magister, Arabicæ & reliquarum Orientalium Linguarum peritissimus, quo encomio eum Petrus de Marca Archiepiscopus Parisiensis dissertatione de Vigilio §. 15. ornat.

De Vita & Morte Moysis anonymi Rabbini liber, Notis ab eo illustratus. Lutetiæ 1629. in 8.

GILBERTUS de HOYLANDIA Anglus, Monachus Cisterciensis sub B. Bernardo, deinde abbas cœnobii Swinshetensis in Hoylandia insulâ diœcesis Lincolniensis.

In III. capita Cantici Canticorum, inde ubi D. Bernardus scribendi simul & vivendi finem fecit,

cit, Sermones XLVIII Argentorati 1497. per Martinum Flach. Extant quoq; in editione Operum D. Bernardi à Jacobô Merlonô Horstio edita, cujus industria ibidem leguntur hujus Gilberti Epistolæ III. & dissertationes asceticæ VI.

GILBERTUS THORNTONIUS capitalis Angliæ Justitiarius, annô Edwardi I. Regis, vicesimo sive Christi 1292. Bractonium de Legibus & consvetudinibus Angliæ in compendium redegit, de suo interdum nonnulla adjiciens, quod penes se habere MS. librô Secundô mancum fatetur Seldenus de Uxore Hebraicâ Lib. II. cap. 27.

GILDAS cognomentô Sapiens, Anglus, Banchorensis Cœnobii Abbas, temporibus Justiniani Imp. clarus.

De calamitate, excidio & conquestu Britanniæ Liber, curâ Polydori Virgilii editus & inscriptus Cuthberto Tonstallo Londinens. Episcopo. Londini 8. 1525.

GISBERTUS CUPERUS. Obsservationum Libri III. in quibus varii antiqui auctores illustrantur, Ritus prisci eruuntur, Numismata vetusta explicantur. Trajecti ad Rhenum ap. Petrum Elzevirium in 8. anno 1670.

GISBERTUS LAPPIUS à WAVEREN Ultrajectinus, JCtus.

Corpus Historiæ Ultrajectinæ, auctoribus Joanne de Beka, Joanne Gerbrando de Leydis, Guilielmo de Heda, à morte Arnoldi Buchellii, qui illud cœperat, pertexuit, & Lambertum Hortensium de secessionibus Ultrajectinis recensuit, Notisque marginalibus illustravit; adjectis eorum Vitis. Ultrajecti 1643. fol.

GOBELINUS PERSONA Decanus Bilefeldensis & Officialis Paderbornensis sub Sigismundo Imp. in pretio.

Cosmodromium sive historia ad annum 1418. usq; perducta: cũ Notis Henrici Meibomii. Francofurti apud Wechelium in f. 1599.

GODEFRIDUS HENTSCHENIUS è Soc. Jesu, vir eruditus Combefisio in Observ. ad Antiquitates Constantin. pag. 152. Unà cum Joanne Bolando ejusdem S. Jesu Theologo collegit & animadv. illustravit Vitas SS. ex quibus Januarius quidem Antwerpiæ anno 1643. in fol. II. Tomis apud Joan. Meursium lucem vidit. Quem sequutus Februarius Tomis III. ibid. anno 1658. in fol.

Et nuper Martius itidem tribus Tomis in fol. ibid. anno 1668. in quo & Danielis Papebrochii ex eadem Soc. Presbyteri Opera & Notæ comparent.

De tribus Dagobertis Francorum Regibus dissertatio 4. Antwerpiæ anno 1655.

GODEFRIDUS à LIT Venradius Gel-

us Gelder, Fratrum Ord. S. Crucis, ad D. Nicolaum Venlonæ Prior. Sacrificium Vespertinum, sive de Passione Dominica Conciones XL. Coloniæ 1628. 8. Typis Bern. Gvaltheri.

Lucerna splendens super Candelabrum sanctum sive explanatio costitutionum sacri ac Canonici ordinis FF. S.crucis ib.1634.4.

GODEFRIDUS VINDOCINENSIS Abbas, patriâ Andegavensis, Card. S.Priscæ, circa annum 1129. clarus. Vide Labbæum de Script. Eccl. T.I. p. 355. Epistolæ, Sermones & carmina, cum Notis Jacobi Sirmondi. Parisiis apud Seb. Cramoisy 1610. 8.

GODESCALCUS HOLLEN Ord. Erem.S. Aug. patriâ Germanus.

Præceptorum divinæ Legis sive Commentarii in Decalogum. Coloniæ per Joannem Güldenschaef anno 1484. & Norimbergæ per Anton. Koburger 1497.

GONZALES de OVIEDO. Historia generalis Indiarum idiomate Hispanico. Seviliæ an. 1535.

GOSWINUS BOSSUTUS Monachus & Cantor Villariensis Monasterii prope Gemblacum.

Libri II. de Vitâ Arnulphi Cornibautii Laici sive cõversi Villariensis: editi à Franciscô Moschô Nivellensi Brabantô. Atrebati 1600. 8.

GOTHEFRIDUS GUILIELMUS LEIBNÜTZ J. U. D. & Consiliarius Moguntinus.

Hypothesis physica nova sive theoria motus concreti, una cum theoria motus abstracti. Londini impensis Joan. Martyn 1671. 12.

Dissertatio de arte combinatoria 4. Lipsiæ 1666.

Methodus nova discendæ docendæque Jurisprudentiæ, ex artis didacticæ principiis in parte generali præmissis, experientiæq; luce. Francof. 1668. in 12.

Corporis Juris reconcinnandi ratio in 12. sine auctoris ejus, loci & Typographi nomine excusa est. Libellus sanè elegans, quem etiam cõmendat Vinc. Placcius de Scriptoribus anonymis §. cxxxIII.

GRATIANUS MONFORTIUS Ordinis FF. Minorum Capuccinorum Salinis Sequanorum, circa annum 1625. Ordinis sui Provinciæ Burgundicæ Minister Provincialis.

Axiomata Philosophica ex Aristotele & aliis illustrata. Antwerpiæ ex offic. Plantiniana ap. Balth. Moretum 8. 1626.

GRATIUS Poëta. Ejus carmina, unà cum Nemesiano & Calpurnio, observationib' Gasp. Barthii illustrata, prodierunt Hanoviæ anno 1613. 8.

Eadem ex editione Jani Vlitii. Lugduni Bat. 12. 1640.

GREGENTIUS Episcopus Tephrensis, scripsit disputationem cum Herbano Judæo, quæ græce cum interpretatione latinâ

Nicolai Gulonii edita est Lutetiæ Parisiorum apud Fredericum Morellium anno 1586.

GREGORIUS ABULFARAJUS Ibn Hakima, filius Aharonis Medici Malatiensis, Christianus & Medicus ipse. Ex opere ejus Dynastiarum decem ex variis Arabicis ac Syriacis Scriptoribus extractô, & lingua Arabicâ conscripto, de quo vide Spitzelium in Specimine Bibl. univ. Dynastiæ nonæ, quæ est Arabum Muhamedanorum prolegomena quædam cũ versione latina & annotationibus sub titulo: *Speciminis historiæ Arabum de origine & moribus eorum*, edidit Edoardus Pocockius Oxoniæ in 4. anno 1650.

GREGORIUS BITIUS. Relatione de principio e stato continuato della Sacra religione de Frati di San Basilio de gli Armeni in Italiâ. Papiæ 1648. 4.

GREGORIUS CAPUCINUS Neapolitanus. Enchiridion Ecclesiasticum Venetiis ap. Hieronymum Polum an. 1588.

GREGORIUS COMMANDINUS Mantuanus, Canonicus Regularis, anno 1590.

De effectibus mysticæ Theologiæ Tractatus Italicè. Venetiis apud Joan. Bapt. Somaschum anno 1590.

GREGORIO COMANINI Canonico Regolare Lateranense. Forte idem.

Il FIGINO overo della pittura dialogo, ove quistionandosi, se el fine della pittura sia l' utile, overo il diletto, si tratta dell' uso di quella nel Christianesimo, e si mostra qual sia imitator più perfetto, e che piu diletti, il pittore, overo il Poëta. in Mantova 4. 1591. Meminit Raphael Trichetus ad finem vitæ Leonardi da Vinci.

GREGORIUS CORTESIUS Mutinensis, Monachus & Abbas S. Benedicti de Padolyrone in agrô Mantuano Ordinis S. Benedicti Congreg. Cassinensis, S. R. E. Card. Obiit Romæ anno 1548.

Epistolarum familiarium Liber. Cui additus alius de eô quod Petrus Romæ fuerit. Simul excusi Venetiis ap. Franciscum Senensem, annô 1573.

GREGORIUS DAINEFFUS Leodius, Ord. Erem. D. Aug. S. Th. Doctor.

De triplici Mundo, divinô, Angelicô & humanô, opus, cujus pars prior edita Leodii fol. 1639. typis Leonhardi Streel.

GREGORIUS, ejus nominis primus Pontifex Romanus, Magnus appellatus, floruit temporibus Mauritii & Phocæ Impp. Obiit anno Ch. 604. Scripta recensent Possevinus pag. 657. Seqq. Tomi I. Apparatus, Bellarminus pag. 196. & alii plures.

Ope-

Opera omnia in II. Volumina divisa. Parisiis 1640 in fol.

De curâ Pastorali Liber è MSS. erutus & emendatus, cura Jeremiæ Stephani Oxoniensis S. Th. Baccalaurei. Londini 1631. 8.

Benedictionale exhibet Lambecius Tomo II. p. 3.. comm. de Bibliotheca Vindobonensi, e MS. Codice dictæ Bibliothecæ.

De curâ pastorali liber cum versione interlineari Regis Alfredi, Lugduni Bat. anno 1597. in 8.

Liber Sacramentorum, cum Notis & observationib. Hugonis Menardi. 4. Parisiis 1642.

GREGORIUS NÆOCÆSARIENSIS Episcopus, a miraculis quibus claruit vulgò Thavmaturgus dictus, obiit anno 265.

Opera omnia græcè cum interp. Latina & Scholiis Gerardi Vossii Præpositi Tungrensis, una cum Basilio Seleuciensi. Parisiis 1622. in fol. sumtibus Mich. Sonnii, Claudii Morelli & Sebast. Cramoisy.

S. GREGORIUS NAZIANZENUS cognomento Theologus S. Basilii M. æqualis, sub Valente Imp. floruit circa annum 370. & anno XI. Theodosii. Obiit sec. Hieronymum libello de Scriptorib. Eccl. V. de eo Bellarminum p. 90. Possevinum p. 666. Tomi I. Rivetum, Sixtum Senensem, Labbæum, Olearium.

Opera omnia, studio & liberalitate Reverendiss. Episcoporum & Cleri universi Regni Franciæ edita. Jacobus Billius Prunæus S. Michaelis in Eremo Cœnobiarcha cum MSS. Regiis contulit, emendavit, interpretatus est, una cum doctissimorum Græcorum Nicetæ Serronii, Pselli, Nonii, & Eliæ Cretensis commentariis. Aucta hæc editio aliquam multis Epistolis antea non editis ex interp. Federici Morelii. Latinè omnia. Antwerpiæ ap. Keerbergium f. 1612.

Eadem græcè & latinè cum Commentariis Græcorum Nicetæ Serronii, Pselli, Nonni & Eliæ Cretensis, ex interp. Jac. Billii Tomis II. Parisiis apud Claudium Morellium fol. anno 1609. Quæ editio optima censetur.

Eadem, cum iisdem Commentariis Latinè, ex interpretatione Joannis Lewenclavii. Basileæ ex officina Hervagiana, apud Eusebium Episcopium 1571. in fol.

S. GREGORIUS NYSSENUS Episcopus, S. Basilii frater, anno XIV. Theodosii scripsit, & claruit circa annum Christi 380. Vide Bellarminum de Scrip. Eccl. p. 100. Riveti Criticum sacrum Lib. III. cap. 23. Possevinum pag. 676. alios; imprimis Labbæum.

Opera omnia græcè & latinè Parisiis apud Claudium Morellium in fol. an. 1616. simul excusa, quæ editio reliquis præstantior, repetita ib. in f. Tomis III. an. 1638.

GREGORIUS PICCA ex oppido Piceno, cui nomen Calderola, Juris utriusq; Doctor.

Dispiacere de' mondani piaceri id est: Molestia mundanarum voluptatum. Romæ 1587. apud Joannem Martinellum.

GREGORIUS POLYDORUS Pistoriensis Hetruscus, Ordinis S. Aug. Theologus. Gregorianus Liber sic inscriptus, in quô de XIV. Gregoriis summis pontificibus, de XIII. Gregoriis Episcopis, de unô Gregoriô Presbytero, eorumve vitis, moribus & gestis agit. Florentiæ apud Mich. Angelum Sermartellum anno 1598.

GREGORIUS PROTOSYNCELLUS Patr. Constant. Scripsit contra Marcum Ephesium, MS. habuit Allatius. Vide ejus de Consensu Opus.

GREGORIUS TURONENSIS in Gallia Episcopus XIX. Obiit anno 596.

Opera ejus: Historiæ Francorum Libri X. De moribus PP. Sui Temporis, de gloriâ Confessorum & alia nonnulla, editore Jodoco Badiô anno 1522. in fol.

GRÖNINGENSIS in Frisiâ Academiæ Professorum Effigies, & Vitæ, ab incerto auctore collectæ. Gröningæ apud Joan. Nicolai anno 1654. in fol. æri incisæ & Typis excusæ sunt.

GVAIFERIUS qui & Benedictus sive ut Possevinus Gvaiferius Benedictinus appellatur, Salernitanus, Monachus Cassinensis circa annum 1060. Vide Petrum Diaconum de Cl. Cassinensis Mon. Viris cap. 29.

Vita S. Secundini. De miraculo illius qui se ipsum occidit & per B. Jacobum vitæ redditus est: de conversione quorundam Salernitanorum. Passio S. Lucii Papæ. MS. extant in Bibl. Cassinensi unde editionem eorum pollicetur Marus ad cit. Petri Diac. locum.

GVALTHERUS BURLÆUS Anglus, anno Ch. 1330. floruit. Sacerdos & Theologus Oxoniensis Collegii Mertonensis.

De Vitâ & moribus Philosophorum Opus, quod abs auctoris nomine, nascente demum Typographiâ, Lutetiæ in monte D. Hilarii ad insigne S. Claudii in ædibus Rudolphi Laliseau typis fuit impressum, teste Labbæo in Bibliothecâ Bibl. p. 17. Meminit & Vossius de Hist. Lat. Lib. II. c. 65. duplicis hujus libri editiones, quarum prior, rudi typo, nec annô, nec editoris vel auctoris vel loci nomine additis impressa fuerit; posterior vero per Conradum de Homberg procurata & a Coloniensi Academiâ approbata prodierit. Opus hoc deinceps Antonius à Sala Monbellensis JCtus, Casali in Italiâ apud Bernardum Gros-

Grossum impressorem Ducalem anno 1603. in 4. publicavit, tanquam ingenii sui vigiliarumque partum, dicavitque Vincentio Gverrerio Monti-belli Comiti, excisis duntaxat quibusdam in fine pagellis, ceu idem Labbæus loco cit. asserit. Idem Vossius Opere allegato Lib. I. cap. 32. editum fatetur eundem librum anno 1472. ab Arnoldô Terffornen.

Commentarii in libros Aristotelis Physicorum. Venetiis apud Mich. Berniam anno 1589.

GVALTHERUS CHARLETON Medicinæ D. Caroli II. Regis Britanniarum Medicus Ordinarius, Collegii Londinensis Socius.

De Scorbuto Liber singularis, Londini 1672. in 8.

Onomasticum Zoicum, ibid. in 4. anno 1668.

De Lithiasi Tractatus. Lugduni Batav. 8. 1650.

GVALTHERUS MORINENSIS Ecclesiæ Diaconus & Canonicus.

De Martyrio Caroli, cognomine Boni, Flandriæ Comitis, filii Canuti Regis Daniæ & Martyris libellus, ad Joannem Morinorum Episcopum, editus procurante Jac. Sirmondô, Parisiis anno 1615. 8. Typis Cramoisyanis.

GVALTHERUS NEEDHAM, Medicinæ Doctor, in Angliâ.

Disquisitio anatomica de formato fœtu. Londini 8. 1667.

GVARINUS GVARINI Clericus Regularis Theatinus.

Placita Philosophica. Parisiis fol. 1665. apud Dionysium Thierry.

GVERNERUS ROLEVINC de Laer Carthusiensis domus S. Barbaræ, Coloniæ Agrippinæ, natione Westphalus, circa annum 1478. clarus. Fasciculus Temporum ab initio M. ad sua usque Tempora. Circa finem editionis quam sub manibus habeo hæc leguntur: *Finita est hac impressura Chronicæ Carthusiensis, quæ fasciculus Temporum dicitur, juxta primum suum exemplar per me Petrum Drach civem Spirensem annô 1478. Octav. Kal. Decem. f.*

GVERRICUS Abbas Igniacensis Cœnobii in diœcesi Rhemensi, Ord. Cist. Obiit circa annum 1157.

Sermones de Tempore & de SS. editore Fr. Maurô Raynaldo Benedictino Lugduni 1630. Extant & ad calcem Operum S. Bernardi in editione Jacobi Merloni.

GVIBERTUS nobilis Gallus, Abbas Monasterii S. Mariæ Novigenti, quod in Laudunensi pago sub Cociaco castro situm est, anno cIɔc claruit. *Gesta Dei per Francos* sive Hierosolymitanæ historiæ Libri VII. Lysiardo Suessionensi Episcopo dicati. Extant in Opere Historiæ Orientalis Jac. Bongarsii. Vide Vossium Lib.

P III.

III. de Hist. L. cap. sexto. Opera verò omnia Parisiis in fol. anno 1651. excusa.

GVIDO BENTIVOLUS Nobilis Ferrariensis, Romæ sub Clemente VIII. & Paulo V. a quô Referendariorum adscriptus est Ordini, floruit. Sedis Apostolicæ in Belgio Nuncius, & demum S. R. E. Cardinalis. Vide Erythræi Pinacothecam Parte II. num. 10. Historia Belgica sive historia della gverrâ di Fiandra. Venetiis in 4. 1661.

GVIDO de BAIPHO Archidiaconus & Civis Bononiensis, circa annum 1290. clarus.

Commentaria in volumen Decretorum, notis illustrata Nicolai Superantii & Petri Albiniani Tretii JC. Venetiis anno 1580.

GVIDO de COLUMNA Siculus Messanensis, sub Nicolao IV. Pont. claruit, teste Theod. Engelhusiô Chronico pag. 259.

Historia destructionis Trojæ Argentorati 1489. in 4. MS. illa etiam in Bibliotheca Leidensi, ubi Gvido de Lolumiis dicitur. Vide Vossium de Hist. Lat. Lib. II. cap. 60. qui in Bibliotheca sua servare se ait antiquum ejus exemplar manu exaratum & incipere illud: *Licet cottidie vetera recentibus obviant.* Ex Darete Phrygio & Dicty Cretensi ferè omnia transscripsisse ait Barthius ad Claudianum pag. 774.

GVIDO PANCIROLLUS Rhegiensis JCtus.

De Claris Legum interpretibus Libri IV. Venetiis apud Marcum Anton. Brogiclium 1637. in 4. & ibid. anno 1655. in 4. editi ab Octaviô Pancirollo fratris filio.

Commentarius in notitiam utriusque Imperii Romani Orientalis & Occidentalis. Venetiis an. 1593. & Genevæ in fol. 1623.

De rebus memorabilibus mutatis deperditis & noviter repertis, cum Comm. Henrici Salmuth Ambergensium Syndici. Francofurti in 4. anno 1660.

Delle cose de gli antichi e moderni, con l' aggiunta di Flavio Gualtieri. Venetiis 1612. in 4.

GVIDO de PERPINIANO Ordinis Carmelitarum, natione Catalanus, duodecimus Prior Generalis Ord. sui, deinde Majoricensis ac demum Elvensis Episcopus, circa annum Domini 1320. clarus. Concordia IV. Evangelistarum: & de hæresibus ad Card. Albanensem opus, simul Coloniæ anno 1631. in fol. edita.

GVILIELMUS ALEBASTER Anglus, circa hujus sæculi initium clarus. Apparatus in revelationem Jesu Christi, novaque in eâ & admirabilis ratio investigandi Prophetarum mysteria Antwerpiæ apud Petrum Bellerum anno 1607.

GVILIELMUS APPULIENSIS

ENSIS sub Henrico IV. Imp. clarus. Libri V. de rebus Normannis in Italiâ ac regno Neapolitano gestis, carmine heroico. Editi à Joan. Tiremæo Fisci in Rotomagensi Provincia advocato. Rhotomagi 1582. excudentibus Richardo Petit & Richardo l'Alleman.

GVILIELMUS ARVERNUS Episcopus Parisiensis, circa annũ 1230. Vide Possevinum T. I. p. 698.

Opera omnia a Joanne Dominico Trajano mentis expurgata, Venetiis apud Damianum Zenarium anno 1595.

GVILIELMUS BELLENDENUS Scotus. De tribus luminaribus Romanorum Libri XVI. sive elogia varia ex Operibus Ciceronis hinc inde collecta. Parisiis in fol. ap. Tussanum du Bray 1630.

GVILIELMUS BEVEREGIUS Magister artium Collegii S. Joannis Cantabrig.

Institutionum Chronologicarum Libri II. una cum totidem arithmeticæ Chronologicæ libellis. Londini apud Gvaltherium Kettelbuy in 4. 1669.

GVILIELMUS BOLUMZELE Itinerarium Terræ S. MS. se in Bibl. Giessensi vidisse tradit Joan. Conr. Dietericus in antiq. Biblicis p. 291.

GVILIELMUS BRITO Arcmoricus, Presbyter, Carolo sive Carlotto Philippi Augusti Regis Francorum Filio notho à studiis. Philippidos sive de rebus gestis modò laudati Philippi Regis Libri XII. carmine heroico, cum amplissimis Gasp. Barthii comm. Cygneæ anno 1657. in 4. sumptib. Melch. Göpneri ac Joan. Scheibii.

GVILIELMUS CAMBDENUS Anglus sub Reginâ Elisabetha floruit. Vide Zeillerum P. II. de historicis p. 31.

Annales Rerum Anglicarum & Hibernicarum regnante Elisabethâ. Lugduni Bat. ex offic. Elzeviriana 1625. in 8.

Descriptio Britanniæ. Londini apud Georgium Bishop. 1607. cum Tabulis chorographicis. fol.

GVILIELMUS COLE Doctor Medicinæ in Anglia.

De secretione animali cogitata. Oxoniæ è Theatro Scheldoniano in 12. anno 1674.

GVILIELMUS de la CROIX. Series & acta Episcoporum Cadurcensium. 4. Cadurci 1623.

GVILIELMUS CROWÆUS Sudovolgiensis, Ludimagister Croydoniensis in Angliâ, an. 1670.

Elenchus Scriptorum in S. Scripturam tam Græcorum, quàm Latinorum, in quo exhibentur eorum Gens, patria, professio, religio: Librorum tituli, volumina, editiones variæ: quo tempore item claruerint vel obierint. Londini Typ. Thomæ Roycroft 8. 1672.

GVILIELMUS DONDINUS Bononiensis è Soc. Jesu.

Historia de rebus in Gallia gestis ab Alexandro Farnesio Parmæ & Placentiæ Duce supremo Belgii præfecto. Romæ apud Nicol. Angelum Tinassium fol.1673.

GVILIELMUS DUNOZETUS Archiepiscopus Seleuciensis, Sacræ Rotæ Romanæ auditor.

Decisiones S. Rotæ Romanæ, ad Card. Petrum Othobonum curâ Joannis Scipionis de Pol Santronchetí nobilis Avenionensis in Romanâ curia Advocati. Romæ ex Typographia Cameræ Apostolicæ 1673. in fol.

GVILIELMUS DUGDALUS Anglus, doctissimus, solertissimusque antiquitatis indagator & acerrimi judicii Vir, teste Edoardo Bissæo ad Upronum p.83.

Monasticum Anglicanum sive Pandectæ Cœnobiorum Benedictinorum, Cluniacensium, Cistercienſium & Carthusianorum à primordiis usque ad dissolutionum ex archivis & vetustis Monumentis, adjuvante Rogerô Dodsworth. Tomis IV. Londini 1655.

GVILIELMUS DURANDUS Vasco Episcopus Mimatensis, *Speculator* vulgò dictus ob Speculum Juris quod scripsit, circa annum 1290. sub Nicolao III. clarus.

Speculum Juris. Francofurti ad Mœnum fol. anno 1612.

Rationale divinorum officiorum Moguntiæ per Joan. Fust & Petrum Gernsheim anno 1459. cujus editionis in pergamenô impressæ meminit Mallinckrot de Typographiæ origine p.76.

Idem cum præfatione Hoysii Tuscani auditoris Cameræ Apostolicæ. Lugduni apud Jacobum Giunti in 4. 1539.

GVILIELMUS DUVALLIUS Pontisaranus, Medicinæ D. & Professor Regius.

Regiorum Professorum Catalogus & Elogia Gallicè 1644. 4. Parisiis.

Historia monogramma sive Pictura linearis Sanctorum Medicorum & Medicarum in expeditum redacta Breviarium. Adjectum Auctarium de SS. Galliæ qui ægris opitulantur. Parisiis in 4. 1643. apud viduam Hieron. Blageart.

GVILIELMUS EYSENGREIN de Nemeto Spirensis, Ingolstadii anno 1565. clarus.

Catalogus Testium Veritatis, omnium Ecclesiæ Doctorum & Scriptorum editorum & ineditorum. Dilingæ in 4. anno 1565. excudit Sebaldus Mayer.

GVILIELMUS FRANCUS Romanus Monachus Vallumbrosanus.

Sol Linguæ Sanctæ sive Grammatica Hebræa. Bergomi 1591. Poss.

GVILIELMUS GAZETUS Atrebati Pastor ad S. Mariam Mag-

Magdalenam. Bibliotheca Theologorum aliorumque Scriptorum Belgii, Gallice in 8. Atrebati ap. Guil. Riverium 1610.

GVILIELMUS de GOUDA Ordinis Minorum de Observantia. Tractatus de expositione Missæ. Daventriæ 1491.

GVILIELMUS HOLDER Societatis Regiæ in Anglia socius, Med. D.

Elementa loquelæ id est Specimen inquisitionis in naturalem litterarum productionem, unâ cum appendice pro instructione surdorum ac mutuorum. Londini ap. Joan. Martyn 1669. 8.

GVILIELMUS KYRIANDER Syndicus Trevirensis.

Annales Augustæ Trevirorum ab anno M. 1966. usque ad Jacobum III. genere nobili ab Eltz ortum & anno 1567. in Archiepiscopum Trevirensem electum. Biponti apud Gasp. Wittelium anno 1603.

GVILIELMUS LAMBARDUS Anglus. Ἀρχαιονομία sive antiquarum Britanniæ Legum collectio. Londini 1568. & deinde Cantabrigiæ anno 1644.

GVILIELMUS de LATRE Decretorum Doctor, Episcopus primum Virdunensis, dein Tullensis, demum Tornacensis, atque Ordinis Equitum aurei velleris Cancellarius.

De aureo Vellere Libri II. gallice, quibus ordinis illius originem & alia quæ ad eum spectant pertractat. Trojæ in Gallia 1530. fol. apud Nicolaum le Rouge.

Obiit Gandavi anno 1473.

GVILIELMUS LINDWOODUS Officialis Provinciæ Cantuariensis, Henrico V. Angliæ Regi privati Sigilli custos, sub Henrico autem VI. Episcopus factus Menevensis. Obiit Londini annô 1423. Decreta Provinciæ Cantuariensis ab anno 1222. usque ad annum 1415. conclusa, contraxit, & sub certos redegit titulos, ac PROVINCIALE inscripsit. Edidit illud Robertus Scharrock JCtus Anglus & subjunxit constitutiones Legatinas Othonis & Othoboni S.R.E. cardd. Typis prodiit Oxoniæ in 4.

Confer Ephemerides Anglicanas Tomo II. pag. 34.

GVILIELMUS de MORBECTA Ordinis FF. Prædicatorum. In Bibliotheca Vindobonensi extat codex MS. *institutionis Philosophiæ Platonicæ, à Proclô ducentis undecim capitibus comprehensæ, antiqua versio Latina, absoluta Viterbii à Fratre Gvilielmô de Morbectâ Ordinis Fratrum Prædicatorum XV. Kal. Junii A. C. 1268.*

GVILIELMUS NEUBRIGENSIS Monasterii Canonicus, verô cognomine Litle sive parvus dictus, circa annum 1214. claruit.

Rerum Anglicarum Libri V.

Antwerpiæ in 8. editore Gvilielmo Sylvio anno 1567.

Gvilielmus Pepinus Ebroicensis Normannus.

Sermones Dominicales ex Evangeliis & Epistolis totius anni. Venetiis apud Joan. Antonium Bertanum anno 1588.

Dilucidationes in Evangelia Quadragesimalia. Parisiis apud Gvilielmum Bichonium anno 1589.

Sermones in festa SS. Venetiis anno 1589.

Quæ deinde omnia simul in IX. Tomos digesta Antwerpiæ in 4. anno 1656. recusa sunt.

Gvilielmus Postellus Barentonius Normannus. Homo doctus, & multarum linguarum peritus, à fœminâ quadam Venetiis infatuatus, miras opiniones & fovit & defendit. V. Sanmarthani Elogia ill. virorum L. III. p. 79. Vidi ejus

De Magistratibus Atheniensium librum. Basileæ 1551. 8. excusum.

De Hetruriæ Origine, sive de ejus institutis, religione ac moribus vetustis Opus. Florentiæ 4. 1551.

Absconditorum à constitutione Mundi clavem. additus est index ab eo conscriptorum Librorum Amstelod. 12. 1646.

GVILIELMUS PRYNNE Anglus, primus fere inter eos qui se Episcopis opposuere, cujus instinctu quoque Gvilielmum Laud Archiepiscopum Cantuariensem decollatum quidam volunt. Plura de eo habet Garzius in libello Germanicô de Puritanis p. 64. & 215. Deinde Presbyterianis se opposuit, editis etiam libris.

Fulcimentum gladii Christianorum Regum ad hæreticos, schismaticos &c. puniendos 8. 1649.

The Souveraigne power of Parliament, and Kingdomes. Londini 1643.

GVILIELMUS RODANUS Genuensis. De Spoliis Ecclesiasticis Tractatus. Romæ 1585. Poss.

Gvilielmus Rondeletius Chirurgus & Medicus Monspeliensis, obiit anno 1558.

De piscibus Marinis Opus, cum iconibus eorum. Lugduni ap. Mathiam Bonhomme 1554. fol.

Gvilielmus Scepræus Anglo S. Th. D. Romæ exul in ædibus S. Severiani anno 1598. obiit. Crowæus p. 163.

Psalmorum connexio litteralis. in 4. Romæ 1596.

GVILIELMUS SPREEWEN Trudonensis, canonicus Regularis Tungrensis. Obiit anno 1467.

Fasciculus Myrrhæ sive pii discursus super mysteria redemptionis

nis humanæ & præcipua totius anni Festa editore Joanne Voersio ejusdem ordinis & loci religioso.

Schola triplex, perfectionis, compassionis & jubilationis. ib. 1632. 12.

GVILIELMUS SYMPSON. Hydrologia chymica vel chymica Anatomia Scarburgensium aliorumq; fontium Spadanorum in agro Eboracensi: Londini 8.1668.

GVITMUNDUS sive Jvimundus, quomodò eum Chronicon Beccense vocat, Episcopus Aversanus, anno 1070.

Libri III. de Eucharistiâ contra Berengarium editi a Lucâ Dacheriô unà cum Operibus Lanfranci. Interdum Archiepiscopus appellatur, non quod esset, sed quod nulli subesset, quam summo Pontifici, teste Marchesiô in vita S. Brunonis.

GUNDISALVUS de la CERDA Ordinis Militiæ de Alcantara, Philippo II. Hisp. Regi à Sacris.

Commentarius in Epistolam Paul. ad Romanos. Ulyssipone fol. 1583.

GUNDISALVUS ILLESCAS Hispanus, Abbas S. Frontonis, anno 1590. clarus. Historia & Vitæ summorum Pontificum Rom. à S. Petrô usque ad sua Tempora, idiomate patrio. Burgis apud Martinum Victorium anno 1589.

GUNTHERUS Monachus Elvonensis ad S. Amandum in Hannoniâ Congreg. Cluniacensis, sub annum 1160. clarus. Vossius ad an. 1090. refert.

De oratione, jejuniô & eleemosynâ Libri XIII. Basileæ anno 1507. apud Mich. Furterum 4.

Huic quoque Valerius Andreas in Bibliothecâ Belgicâ Ligurinum tribuit, sive Libros X. de rebus gestis Friederici Barbarossæ carmine conscriptos, qui lucem viderunt Augustæ Vind. annô 1507. curâ Conradi Peutingeri.

Basileæ unà cum Othone Frisingensi anno 1569.

Extant etiam Tomô III. Rerum Germanicarum Justi Reuberi, cum scholiis Jacobi Spiegelii.

H.

HADRIANUS auctor græcus. Isagoge sacrarum litterarum græce e codice Bibliothecæ Bavariæ, edita curâ Hœschelii. Aug. Vindelic. an. 1602.

HADRIANUS TURNEBUS Gallus, Linguæ Græcæ Regius in Academia Paris. Professor & Philologus celebris, obiit anno 1565.

Opera omnia Historico-Philologica minora. Argentorati apud Lazarum Zetznerum in fol. 1600.

HADRIANUS VALESIUS Regis Galliæ Historiographus.

Re-

Rerum Francicarum ad Chlotarii senioris mortem usq; Libri VIII. Parisiis 1646. in fol. *quos doctissimus Carus & ingenii solertia illustratos vocat* Henricus Valesius ad Eusebium.

De Basilicis defensio adversus Joan de Launoy 8. Parisiis 16.0.

De fragmento Petronii Traguriano dissertatio. 8. ibid. 1664.

HAITONUS Armenius, Monachus Ordinis Præmonstratensis in Cypro floruit sub Adolpho, & Alberto Austriaco Impp.

De Tartaris sive *Historia Orientalis* ut inscribi solet, Gallicè ab eo dictata Fratri Nicolao Salconi, qui eam anno M.CCC.VII. Latine transtulit, quod in præfatione versionis suæ Nicolaus hic fatetur. Additum est in fine hujus Operis, passagium Terræ Sanctæ. Edidit novissime Andreas Mullerus unà cum Marco Paulo Veneto Coloniæ Brand. in 4. an. 1671.

HANNIBAL ROSSELIUS Calaber, Ord. FF. Minorum regularis Observantiæ, Theologiæ ac Philos. ad S. Bernardinum Cracoviæ Professor anno 1585.

De VII. Sacramentis Opus. Posnaniæ ap. Joan. Volrabû 1590.

Commentarii in Hermetis Trismegisti Pymandrum Tomis VI. additus est Textus græcus, cum interp. Francisci Flussatis Candallæ. Coloniæ sumtib. Petri Cholini 1630. in fol.

HANNO Carthaginensis, de cujus ætate vide Vossium de Hist. Gr. Lib. IV. p. 513.

Periplus, quo persecutus est Africæ ambitum, & terras in Oceano Atlantico a se inventas. Græce apud Isaacum Vossium est, qui ejus editionem pollicetur ad Pomp. Melam pag. 302.

HARPOCRATION Sophista ac Rhetor Alexandrinus.

Dictionarium in X. præcipuos Græciæ Rhetores ex emendatione Philippi Jacobi Maussaci in 4 Parisiis 1620.

HAYMO Episcopus Halberstadensis, tempore Lotharii Imperatoris floruit, ac sedit annis XII. De memoria Rerum Christianorum Libri X. cum notis Petri Galesinii olim Romæ an. 1564. editi, & nuper à Joachimo Joanne Madero.

Ejus etiam esse Commentarium in Epistolas Pauli sub Remigii Rhemensis Episcopi nomine editum contendit Rivetus in Critico sacro Lib. IV. c. 27. & sub hoc titulo olim excusum ait Lutetiæ in 8. apud Ambrosium Giraud sub Pellicano, via ad D. Jacobum, sine notatione anni.

HEBED JESU Metropolita Solensis. De Scriptoribus Ecclesiasticis & profanis Chaldæorum, Latinitate donatus & Notis illustratus ab Abrahamo Echellensi Syriacæ Linguæ in Collegio Romano

mano Professore. Romæ Typis Congreg. de fide propaganda an. 1643. & Moguntiæ ex editione Bartholdi Nihusii in 8. anno 1655. typis Nicolai Heyl. Notas Eehellensis eruditis appellat Jo. B. Marus ad Petrum Diaconum de Cl. Cassinensibus præf.

HECTOR PINTUS Lusitanus, Ordinis S. Hieronymi, S.Th. D. & Professor Conimbricensis, circa annum 1567.

Commentarius in Ezechielem Prophetam ad Sebastianum Regem Portugalliæ, Salmanticæ fol. anno 1568. & deinde Coloniæ Agr. apud Joan. Crithium 4. 1615.

In Isaiam, Jeremiam & Threnos Comm. Salmanticæ 1581.

Opera omnia Parisiis fol. 1617.

HELIAS CAPREOLUS Brixiensis Jurisconsultus, sub Friederico III. & Maximiliano Impp. in pretio.

De rebus Brixianis Libri XIV. quorum XII. Brixiæ emissi in lucem apud Arundum de Amindis.

Duo verò postremi ipsius Heliæ manu exarati, supersunt, ait Vossius de Hist. L. Lib. III. c. 10. in ædibus ill. Viri, Dominici Molini.

HELIODORUS LARISSÆUS Opticorum Libri II. græcè & Latinè curâ Erasmi Bartholini, qui animadversiones suas adjecit. Parisiis 1657. in 4. vide infra *Opuscula varia*.

HELIODORUS PHOENIX Triccæ civitatis Thessaliæ Episcopus, Theodosii & Arcadii Impp. temporibus clarus. Vide Vossium Lib IV. c. 18.

Æthiopica, sive de amoribus Theagenis & Charicleæ Libri X. græcè & latinè ex officina Commeliniana 1596. in 8.

Græcè cum Notis Joan. Bourdelotii. Lutetiæ Paris. 1619. 8.

HELMOLDUS Presbyter, scripsit circa annum 1140. Chronicon Slavorum in Wagriâ Holsatiæ parte versus mare Balthicum sita, apud Plönensem lacum in villa Bosow, ubi templum habuit, & inde Presbyter Bosoviensis dictus est, auctore & monitore Geroldò ultimò Ecclesiæ Aldenburgensis in Wagriâ & primò Lubecensium Episcopô. Prodiit illud cū Observ. Henrici Bangerti Lubecensis Gymnasii Rectoris Lubecæ anno 1659. in 4. Sumtib. Statii Wesselii. Obiit Helmoldus anno 1170.

HELWICUS Thuringus, Ottocari Regis Bohemiæ, Notarius. Rationarium Austriæ & Styriæ, partim sub ipso Rege Ottocarô A. C. 1265. & 1267. partim autem post annum 1273. sub Imp. Rudolpho I. compositum. MS. in Bibl. Vindob. Vide Catalogum Operum Lambecii pag. 18.

HEMERICUS de CAMPO. Problemata inter Albertum M. & S.Tho-

S. Thomam ad utriusque opinionis intelligentiam conferentia. Coloniæ anno 1490.

HENRICUS Aquilius Arnhemius Geldrus. Compendium Chronici Geldriæ. Lugduni Bat. cum additamentis & Observ. Petri Scriverii 1609. 4.

HENRICUS BEBELIUS Justingensis Svevus, Tübingensis Academiæ in humanioribus litteris Lector & Poëta laureatus anno 1498.

Triumphus Veneris Libris VI. carmine, cum Comm. Joan. Altenstaig Monasterii Pollingensis Lectoris. Argentorati anno 1515.

HENRICUS CANISIUS Noviomagus J. U. D. & Canonum publicus in Acad. Ingolstadiensi Professor. Tomi VI. antiquarum Lectionum, in quibus varia priscorum auctorum Monumenta mediæ inprimis ætatis, nunquam anteà evulgata, pleraque cum Notis, continentur. Tomus I. prodiit Ingolstadii anno 1601. in 4. in quo, ut Possevinus pag. 724. recenset, Alcwini Epistolæ ad Carolum M. & alios. Tironis ProspèriChronicon, vulgato & Pithœanô, quæ hic adjuncta auctius.

Weingartensis de Gvelfis Principibus. Ejusdem Chronicon ad an. 1197. Annales Henrici Steronis.

Annales Eberhardi Altahensis Archidiaconi Ratisp. à Rodulpho Habsburgiô ad annum 1305.

Sangallensis de gestis Caroli M. L. II. Hermanni Contracti Chronicon auctius Concilia Salisburgensia tria & Viennense unum.

S. Columbani, Salomonis Episcopi Constantiensis & Waldrammi carmina.

Metelli Tegernseensis Quirinalia. Tomo II. ib anno 1602 in 4.

Meginfredi vita S. Emmerani Vita ejusdem per Arnolfum Monachum. Auctor incertus de S. Lamberto.

Wiponis Panegyricus ad Henricum III. Eberhardi gesta Episcoporum Salisburgensium; Vitæ item SS. Ruperti, Vigilii, Eberhardi, Hartvici, Gebhardi.

Vita Othonis Pomeranorum Apostoli, auctore incerto.

Arno Archiepiscopus Salisburgensis de donis Ecclesiæ suæ datis.

Vita S. Erminoldi. Vita S. Guntheri Thuringi. Collectio historico-Chronographica ex Idacio, Toromachô & aliis.

Menologium Græcorum interprete Card. Sirleto.

Tomo III. ibid. anno 1603. 4.

S. Gregorii Thaumaturgi anathematismi græco-latini.

Hippolyti Thebani Chronicon græco latinum. Anastasius Sinaita de Synaxi & in Psalmum VI. Anastasius abbas contra Judæos.

Fran-

Francicorum annalium fragmentum ab anno 741. ad an. 793. Joan. Ragusini Oratio adversus Joannem Rocyzanam Hussitam.

Ægidii Carlerii ad articulum Bohemorum de corrigendis peccatis publicis responsio, & alia contra Bohemos.

Tomo IV. anno 1603. in 4. Leontius Bizantinus contra hæreticos Eutychianos, Nestorianos &c. S. Damascenus contra Acephalos & Nest. Incertus adversus Severianos. Nicephori opuscula varia. Theodori Hagiopolitani Dispp. III. Omnia interprete Franc. Turriano. Henricus Kalteisen de libera prædicatione Verbi Dei: Joannes de Polemar contra IV. articulum Bohemorum de civili dominio Clericorum. Vitæ S. Bonifacii per Willibaldum & Othlonum Fuldensem: Vita S. Willibaldi ejusque fratris Wunibaldi. Vita S. Solæ per Ermenoldum scripta. Vita S. Walpurgæ Virginis per Philippum Episcopum Eistettensem & Wolfhardum Hasenrietanum. Vita SS. Kiliani Episcopi Würtzburgensis, Karlomanni & Totuani Martyrum: Item S. Burchardi Episc. Würtzburgensis. Itinerarium S. Willibaldi.

Tomi V. Scriptores varii contra Manichæos: Halitgarius de vitiis, virtutibus, & ordine pœnitentium Libris V. Ejusdem Pœnitentiale. Adelmus de virginitate, & VIII. vitiis principalibus metro. Alcvini Grammatica, Dialectica &c. Genealogia Caroli M. Güntheri Monachi historia captæ Constantinopolis.

Anonymus de S. Adalberto Episc. Pragensi. Anonymus de Adelhaide Imperatrice. Fausti Rhegiensis Epistolæ. Ruricii Episc. Lemov. Epp. Libri II. Desiderii Epis. Cadurcensis Epp. Liber. Adamanni de S. Columbano L. III. Cogitosus de S. Brigida Virgine. Acta S. Albani Martyris. Vita S. Gudberti scripta Carmine à Beda. Theodulphi Aurel. Carmina quædam. Sermo S. Galli confessoris. Theodorus Monachus de S. Magno.

Orosii Abbatis libellus de VI. cogitationibus. Synodus Augustana. Synodus Ingelheimensis.

Engelhardus abbas de vitâ S. Mechtildis. Friederici Imp. I. expeditio Asiatica. Guil. de Baldensel Itinerarium. Theodorici Thuringi Libri III. de S. Elisabetha.

Tomo VI. Barlaami Epis. Epistolæ. S. Anselmi Lucensis, contra Guibertum antipapam Libri III. Burchardi de Monte Sion descriptio Terræ S. Vita S. Willebrord per Alcwinum carmine: Vita S. Henrici Imp. Officium de Carolo M. Martyrologium Rabani & Nötkeri Balbuli: Catalogus

Henricus de Langenstein vulgo de Hassia dictus, Monachus Carthusianus, antea Canonicus Wormatiensis, circa annum 1400. clarus. Obiit Viennæ anno 1317. Tractatus de discretione Spirituum editus a Corndiô Dielmannô, unà cum Henricô de Urimaria.

Henricus Mediolanensis Libri de controversiis hominis & Fortunæ, versu elegiaco scripti, eruti primùm & Com. illustrati à Cyprianô à Popma Frisiô. Coloniæ 1570.

Henricus de Noris Ord. Erem. S. Augustini. Historia Pelagiana. Patavii anno 1674.

Henricus Oldenburgius Societatis Regiæ Londinensis Secretarius. Acta Philosophica annorum LXV. LXVI. LXVII. LXVIII. ex Anglicô latine reddita per C. S. Amstelodami apud Henricum & Theodorum Boomios 12. 1674. Tomis IV.

Acta anni LXIX. latinè versa a Joanne Sterpinô ibidem in 12. anno eôdem: & antea Hafniæ 1671. 8.

Anglice eadem Londini apud Joannem Martyn diversis annis excusa fuere.

Henricus Power Anglus Medicinæ Doctor, anno 1661. clarus.

Experimental philosophy in three Boo&tes: containing new experiments Microscopical, Mercurial, Magnetical. London printed by Thom Roycroft in 4. 1664.

HENRICUS SAMERIUS Luxemburgensis è Soc. Jesu. Obiit anno 1610. Chronologia Sacra, ab Orbe condito, ad Christum natum. Antwerpiæ anno 1609. fol. Typis Verdussii.

HENRICUS SEDULIUS Clivensis, Ordinis Minorum in Belgiô Minister Provincialis. Obiit Antwerpiæ anno 1621.

Commentarius de præscriptionibus hæreticorum. Antwerpiæ in 4. Typis Plantinianis 1606.

Apologeticus adversus Alcoranum Franciscanorum ab Hæreticis confictum. ib. 1607. 4.

Diva Virgo Mosæ-Trajectensis, sive de ejus beneficiis ac Miraculis. ibid. 1609. in 8.

S. Bonaventura de vitâ S. Francisci Commentario illustratus. ibid. 1597. 8.

Sanctorum Ordinis sui Vitæ cum Notis. ibid. Typis Nutii f. 1613.

HENRICUS SPELMANNUS Anglus, Eques auratus.

Glossarium continens Latino-barbara, peregrina, obsoleta & novatæ significationis vocabula, cujus pars prior olim edita. Nuper vero integrum Typis excusum Londini in folio. Vide Ephemerides Gallicas Tomo I. pag. 2.

Concilia, Decreta, Leges, constitutiones rerum Ecclesiasticarum in Orbe Britannicô, a stabilitâ fide Christianâ, ad Regnum usque *Gvilielmi Conquæstoris* anno 1066. incipiens, sive Tomus primus olim ab ipso Spelmannô in lucem editus Londini. anno 1639. in f. Tomus autem Secundus post mortem ejus prodiit & continet Concilia ab anno 1066. usq; ad annum 1531. habita. Curatus autem hic posterior Tomus à Gvilielmo Dugdalo viro doctissimo, qui maximam ejus partem ex vetustis MSS. eruit. Vide citatas Ephemerides pag. 107.

De Clypeis Liber Singularis, unà cum Nicolao Uptono (*de quô infra*) curâ Ed. Bissæi vulgatus.

HENRICUS SPONDANUS Maulæosolensis, Episcopus Apamiarum.

Epitome annalium Baronii. Moguntiæ impensis Joan. Theobaldi Schönwetter anno 1614. fol. & deinde Lugduni anno 1660. in folio.

Continuatio Annalium Ecclesiasticorum Card. Baronii ad annum 1640. Parisiis in fol. 1659.

De Cœmeteriis Sacris Opus. Parisiis apud Dionysium de la Novë in 4. anno 1638.

HENRICUS de VINARIA. Tractatus de occultatione vitiorum sub specie virtutum anno 1430. Scriptus extat in Bibl. Basilensi. teste Spitzelio pag. 35. arcanorum.

HENRICUS ab URIMARIA pagô Thüringiæ prope Erphordiam, aliàs Henricus de Alemanniâ dictus Ord. Erem. S. Augustini. Obiit anno 1357. Vide Possev. T. I. p. 733.

De IV. instinctibus Tractatus, editore Corneliô Dielman Ordinis ejusdem Jubilariô Gandensi. Antwerpiæ 8. 1652.

Opus sermonum exactissimorum de Sanctis, per excellentem, ac verè Seraphicum Doctorem Henricum de Urimaria Ord. Erem. D. Aug. compilatum Hagenoæ per Henricum Gran. an. 1513.

HENRICUS WILLOT Fontibus Episcopi *Fontain l'Evesque*) in finibus Territorii Leodicensis natus, Ord. Minorum strictioris Observantiæ, S. Th. Lector. Obiit Romæ anno 1599.

Athenæ Orthodoxorum sodalitii Franciscasii: sive de scriptoribus Ordinis sui. Leodii 1598. in 8. & Antwerpiæ apud Pet. Bellerum in 8. anno 1600.

HEPHÆSTIO Grammaticus græcus, ab H. Stephanô & Fulvio Ursinô in fragmentis Lyricorum laudatus; quem & Scholiastes Euripidis pag. 4. & Triclin. ad Sophoclem p. 779. & 790. citant. ἐγχρίδιον περὶ μέτρων καὶ ποιημάτων cum Scholiis hominis, quod ex pag. 88. appa-

apparet, Christiani. Parisiis editore Hadr. Turnebô 4. 1553.

HERACLITUS incertæ ætatis scriptor, περὶ ἀπίστων sive *de incredibilibus* Liber ex Bibliotheca Vaticanâ græce prodiit operâ Leonis Allatii; qui & versionem suam adjunxit & unà cum aliis ejusdem argumenti Scriptis Romæ anno 1641. in lucem vindicavit. Extat quoque inter varia Opuscula à Domino Gale Anglo simul edita.

HERICUS Altissiodorensis, Monachus Benedictinus, sub CarolôCrasso anno IↃCCCLXXX. floruit.

Vita B. Germani, Altissiodorensis Episcopi carmine VI. Libris, quos primus Lutetiæ anno 1543. edidit Petrus Pesseliærus, Altissiodorensis Monasterii Cœnobita, & ejusdem Cœnobii Abbati, Ludovico à Lotharingiâ dicavit.

Libri II. de miraculis S. Germani, quæ in Vitâ omiserat, e MS. S. Mariæ Laudunensis & proprio extant Tomô I. Bibliothecæ novæ Philippi Labbæi Sect. III. num. 4.

HERMANNUS abbas Altaichii inferioris, in Bavariâ inferiore ad Danubium siti Monasterii Benedictini, successor Dietmari anno M. CC. XLII. electus, præfuit usq; ad an. M. CC. LXXIII.

Chronicon Altaichiense, maximam partem ex meris diplomatibus coætaneis coagmentatum, cujus mentionem injiciunt *Joan. Aventinus* in Prolegom. Lib. III. annalium Bojorum, & *Christophorus Gewoldus* in Epistolâ dedic. Chronico Monasterii Reicherspergensis præfixâ. Avtographum ejus extat MS. in membranis in Bibliothecâ Vindobonensi, unde cum aliis dabit illud Petrus Lambecius.

HERMANNUS ENGELER Monachus S. Jacobi Moguntiæ.

Chronicon ejus Moguntiacum habuit MS. Joan. Conradus Dietericus Profess. Giessensis. Vide additiones ejus ad Flacii Catalogum pag. 232.

HERMANNUS HUGO Bruxellensis, è Soc. J. Natus anno 1588. Obiit anno 1629.

De prima scribendi origine & universæ rei litterariæ antiquitate. Antwerpiæ Typis Plantinianis 1617. 8.

Pia desideria, emblematitis, Elegiis, & affectibus SS. Patrum illustrata. ibid. Typis Nutii 1628. in 8.

Obsidio Bredana. ibidem in fol. Typis Plantinianis 1626.

De Militiâ Equestri antiqua & novâ Libri V. ibid 1630. fol. cum figuris æri incisis, apud Balthas. Moretum.

HERMANNUS KORNERUS Lubecensis, Ord. S. Dominici religiosus circa annum 1435. vixit, ad

ad quem etiam historiam suam perduxit, quæ MS. in membranis Lubecæ & Lünæburgi adservatur, teste Bangertò in præfatione ad Helmoldum. Fr. Kœrneri Chronicon MSS. incipiens in conditæ Romæ anno & in Constantiensi Conciliò finiens se vidisse in Bibliothecâ Helmstadiensi ait Calixtus de Conjugio Clericorum p. 357.

HERMANNUS de LERBEKE Dominicanus S. Pauli apud Mindenses, circa annum 1400. clarus. Chronicon Comitum Schawenburgensium, ab Adolphô I. sive anno 1030. ad annum usque 1404. Primum illud Notis illustratum evulgavit Henricus Meibomius Francofurti an. 1620. apud Rulandios in 4.

HERMANNUS de PETRA Santdorpius, virginum Carthusianarũ juxta Brugas per XXXIV. annos Cœnobiarcha. Obiit 1428.

Sermones L. in Orationem dominicam. Aldenardæ 1480. apud Joan. Cæsarem.

HERMOGENES Rhetor græcus, sub Antoniô Piô & M. Aureliò fuit. Ars Oratoria græce cum versione & Comm. Gasp. Laurentii. Genevæ 8. anno 1614.

HERO Alexandrinus Mathematicus. Spiritalium Opus Urbini in 4. anno 1575.

HERODIANUS sub Severô Imperatore clarus.

Libri Historiarum VIII. ab excessu M. Aurelii Antonini Philosophi, usque ad mortem Balbini & Maximi, græce & latinè cum notis & animadversionibus Joan. H. Bœcleri Argentorati apud Josiam Stædelium in 8. anno 1662.

HERODIANUS RHETOR, De figuris Rhetoricis libellus cum aliis græce & latine ab Allatiô editus Romæ anno 1643.

HERODOTUS Halicarnassensis, circa Olympiadem LXXXIII. clarus.

Vide Vossium de Hist. Græcis Lib. I. cap. 3. Bœclerum de scriptis græcis ac latinis pag. 12.

Historiarum Libri IX. Musarum inscripti nominibus græcè, cum interpretatione emendatâ Laur. Vallæ, apud Henr. Stephanum in fol. anno 1592.

Iidem cum Spicilegio Fried. Sylburgii græcè ac latine. Francofurti anno 1608.

HERRAD à LANDSBERG Virgo erudita & Poëtria, scripsit Librum Linguâ Latina, in quô memorabiles quasdam res in gratiam totius coronæ Hohenburgicæ, atque omnium nobilium Virginum, quæ divini cultus ergo in augustissimâ illa totius Alsatiæ speculâ confluxerant, ac quod vitæ supererat, Deo & virginitati consecraverant, ex veteri & Novo T. congessit, cui titulum fecit: HORTUS DELICIARUM, præfixâ præ-

præfatione, quam hisce exorditur versibus:

Salve cohors virginum.
Hohenburgensium,
Albens quasi lilium,
Amans Dei filium.
Herrad devotissima
Tua fidelissima.

Liber hic holosericô villosô coccineô vestitus ante non plures annos, Hohenburgô Tabernas translatus, etiamnum hodie visitur, rarum antiquitatis monumentum, propria ejus manu scriptum. Ita Joan. Walchius Schorndorfensis in Epistolâ fabularum dedic. apud Thomasium diss. secunda de Eruditione mulierum.

HERVÆUS NATALIS Brito Ord. Prædicatorum Magister generalis circa annum 1320. Obiit anno Domini 1325.

Commentarii in IV. Libros sententiarũ. fol. Parisiis an. 1647.

HESIODUS PoëtaGræcus sæculô ante Christum natum IX. vixit. Ejus Opera; *ἔργα καὶ ἡμέραι; Theogonia; Scutum Herculis*, de quibus posterioribus eruditi dubitant & alia quædam græcè cum versione Latinâ, scholiis græcis, ἀναγωγῇ & notis Danielis Heinsii in lucem edita fuere Lugduni Bat. anno 1603. in 4. quæ editio reliquis præferri meretur.

Eadem editore Joan. Georgio Grævio qui & notas adjecit. Amstelodami græce & lat. 1669. in 8.

Extant quoque in Opere Poëtarum ab Henricô Stephanô, auspiciis Hulderici Fuggeri, amplissimâ forma, typis nitidissimis an. 1566. editô. De stylô Hesiodi confer Longinum pag. 31. edit. Langbaini. Bœclerum de Scriptoribus p. 4.

HESYCHIUS Alexandrinus, Grammaticus nobilis, & fortè Christianus, ad Evlogium quendam Lexicon vocum græcarum scripsit, in quô multæ rarissimæ voces ac difficillimæ phrases explicantur, plurimis encomiis ab Eruditis commendatum. Nitida ejus est editio quæ nuperrimè an. 1668. in 4. cum Notis Junii, Scaligeri, Salmasii, Palmerii, Gvieti, Sopingii, Cocceji, Gronovii, Tanaquil Fabri, accurante Cornelio Schreveliô Lugduni Bat. & Roterodami Typis prodiit, additô etiam per Pricæum Indice auctorum omnium, quos ille citat, ex officina Hackianâ.

HESYCHIUS ILLUSTRIUS Milesius, sub Zenone & Anastasio Impp. clarus.

De viris Eruditis Libellus, in quô ferè Laërtium exscribit, græcè ex Bibliotheca Sambuci primum prolatus, cum interpretatione Hadriani Junii, ac notis. Antwerpiæ ex officina Christoph. Plantini 1572. 8. Deinde græcè cum ejusdem interp. & Notis Joan. Meursii, Lugd. Batavorum anno 1613.

Origines urbis Conſtantinopolitanæ ab eodem Meurſio ex Bibliotheca Palatina exſcriptæ & græcè cum interp. latinâ ab eod. typis divulgati. Lugd. Bat. anno eodem.

HIEROCLES Philoſophus Alexandrinus, temporibus Honorii & Theodoſii II. clarus. Vide Jonſium de Scriptorib. Hiſtoriæ Philoſ. L. III. c. 18. Commentarius in aurea Pythagoræ carmina & alia quædam græce cum interp. latina Joan. Curterii. Pariſiis 1583.

Eadem, Commentarius in Pyth. carmina, de Providentia & fato &c. græcè & latinè. Londini in 8 anno 1654.

HIERONYMUS ALEANDER junior, patria Forojulienſis, ſub Urbano VIII. clarus. Vide de eo Joannem Nicium Erythræum Pinac. I. num. 23.

Navis Eccleſiam referentis ſymbolum in veteri gemma annulari inſculptum, ſive ſacri ſymboli in veteri gemma navem Eccleſiæ repræſentantis explicatio. Romæ 1626. 8. apud Francis. Corbellettum.

Tabula Heliacâ ſive antiquæ Tabulæ marmoreæ Solis effigie Symbolisque exſculptæ accurata explicatio. Romæ 4. 1616. & deinde Pariſiis in 4. anno 1617. ubi accedit expoſitio ſigillorum Zonæ veterem ex albo marmore ſtatuam cingentis.

Adverſus Stiliani Equitis perſpicilium defenſio Adonidis Marini. Prima pars anno 1629. Secunda autem anno 1630. Italice.

HIERONYMUS ALMONACRIUS Ordinis Præd. in Academia Complutenſi Profeſſor.

Commentarii in Canticum Canticorum. Compluti anno 1588. apud Joan. Juniqvez de Legverica.

HIERONYMUS ATHESTINUS Sacerdos Patavinus circa annum 1500. clarus. Obiit Patavii anno 1530. De geſtis Atheſtinorum carmen. Venetiis anno 1505. Voſſius.

HIERONYMUS BAGOLINUS Medicus Veronenſis, Dioſcoridis opera Latinè vertit, quæ tralatio agud Joan. Rhodium MS. fuit, quod ille in Notis ad Scribonium Largum pag. 175. fatetur.

HIERONYMUS BARDUS Florentinus, Monachus Camaldulenſis S. Mariæ Angelorum Florentiæ, Obiit anno 1594.

Delle coſe notabili della città di Venetia Lib. II. in Vinegia preſſo Altobello Salicatio an. 1606. in 8.

HIERONYMUS BARNABEUS Peruſinus, Congreg. Oratoriæ Presbyter.

Vita Cæſaris Baronii S. R. E. Card. & Bibliothecarii. Romæ apud Vitalem Maſcardum, ſumptibus Joannis Caſonii 1651. in 4.

HIERONYMUS BOSSIUS Ticinen-

nensis. De Togâ Romanâ commentarius. Ticini in 4. 1614. & Amstelodami apud Andream Frisium 12. 1671. Isiacus sive de Sistro opusculum Mediolani 12. anno 1612. De Strena opusculum 8. 1624.

HIERONYMUS BRISIANUS Salodiensis Medicus.

Nova Medicina in qua plures Veterum errores corriguntur. Venetiis apud Damianum Zenarium 4. 1591.

HIERONYMUS CAGNOLUS Patricius Vercellensis, Serenissimi Ducis Sabaudiæ Consiliarius. Obiit anno 1551. teste M. Mantua in ejus Vita. Orationem in funere ejus habitam à Petro Viola Vicentino Philosophiæ moralis in Gymnasio Patavino Profess. lege circa principium Operis quod inscribitur:

Commentàrii in primam & secundam Digestorum, ut & Codicis nonnullos Titulos, editi a Fratre Baptista Cagnolo. Venetiis ap. Lucam Antonium 1567. in fol.

Aliud volumen in nonnullas Digestorum & Codicis Leges, sub titulo *aurearum enarrationum*, cui præfixa Epistola de vita & officio Principum ad Eman. Philibertum Sabaudiæ Ducem. Venetiis apud Hieron. Scotum 1570. fol.

HIERONYMUS CARDANUS Mediolanensis, Medicus & Philosophus. Obiit Romæ anno 1576. Vide de eo, Vitam ab ipso conscriptam peculiari libellô, quem Gab. Naudæus edidit. Thuanum ad annum 1576.

Opera omnia in X. Tomos digesta cura Caroli Sponii Medici Lugdunensis. Lugduni in fol. anno 1663. apud Joan. Ant. Huguetan & Marcum Antonium Ravaud.

La Metoposcopie, comprise en treize Livres, & huit cens figures de la face humaine: a la quelle à esté adjousté, le Traicte des marques naturelles du Corps, par Melampus; Le tout traduit en François par le Sieur Claude Martin de Laurendieri Docteur en Medicine fol. à Paris chez Thomas Jolly 1658. Præfatio tantum & Liber primus Gallicus est: Reliqui XII. Libri Latinè sunt conscripti, Melampodis autem libellus de divinatione ex nævis corporis ad Regem Ptolomæum græce ac Latinè est subjunctus.

De propria Vita & Libris à se conscriptis Liber. Ex Bibliotheca Naudæi. Parisiis apud Jacobum Villery 8. anno 1643.

De utilitate ex adversis capienda Libri IV. Franekeræ excudit Idzardus Balck 1648. in 8. accurante Joanne Antonida van der Linden.

HIERONYMUS CATANÆUS. De arte bellica sive de arcibus exstruendis & propugnandis

Tractatus. Lugduni ex Typogr. Joan. Tornæsii 1600. in 4.

HIERONYMUS CONESTAGGIUS Patritius Genuensis.

De Portugalliæ conjunctione cum Regno Castellæ per Philippum II. Libri X. Italicè. Venetiis 8. 1642. Latinè extant Tomo II. Hispaniæ illustratæ.

HIERONYMUS EMSER Svevus, anno 1530. clarus.

Vita & miracula B. BENNONIS Episcopi Misnensis, Georgio Duci Saxoniæ inscripta. Lipsiæ an. 1512. In frontispicio libri hi leguntur versus.

Dive pater Benno pro vita suscipe vitam
hoc hostimento nil mihi majg erat.
Tu mihi mortalem precibus producere vitam
Visus, ubi medica destituebar ope.
Immortale tibi nomen vitamq; repono
nam vives scriptis notior inde meis.

HIERONYMUS FABRICIUS ab Aquapendente urbe Thusciæ, ubi natus, discipulus Gabrielis Fallopii, Professor Anatomiæ in Academia Patavina. Obiit non absq; suspicione veneni à cognatis propinati, anno 1619. ætatis supra octuagesimum.

De visione, voce & auditu Liber. Venetiis 1600.

De formato fœtu, formatione pulli in ovo, instrumentis locutionis, brutorum loquela & venarum ostiolis. Patavii 1625. fol. cum fig. Opera chirurgica ibid. f. 1647.

HIERONYMUS FAZELLUS Siculus, Ordinis Prædicatorum Theologus. Liber sermonum quadragesimalium. Panormi 1575.

Tomi II. concionum Italice. Venetiis apud Guerræos an. 1592.

HIERONYMUS FLORAVANTIUS Romanus, è Societate Jesu.

De Trinitate Libri III. Moguntiæ sumptibus Bernardi Gvaltheri civis Coloniensis 4. 1616.

HIERONYMUS FRACASTORIUS Veronensis, nobili familia prognatus, Medicus & philosophus, obiit anno MDLIII. septuagenario major.

Opera in Tomos II. digesta, quorum priori continentur:

De Sympathia & antipathia rerum, Liber I. de contagionibus, morbisque contagiosis, & eorum curatione. L. III.

De causis dierum criticorum libellus.

Naugerius sive de poëtica dialogus. Turrius sive de intellectione dialogus.

Fracastorius sive de anima dialogus.

De vini Temperatura Sententia.

Syphillidis sive de morbo gallico L. III.

Posteriori vero:

Homocentricorum sive de stellis Liber.

Poemata. Josephi Libri II.

Al-

Alcon sive de cura canum venaticorum. Carminum variorum Liber unus. Genevæ apud Samuelem Crispinum 1627. in 8.

Hieronymus Fracchetta. Il Seminario del governo di stato e di gverra. in Venetia fol 1625.

Dialogo del furore poëtico. 4. in Padoa anno 1581.

Methodum, ait Naudæus in Bibliogr. politica p. 25. *nimia sua diligentia ac collectionum mole ferme obruere.*

Hieronymus Garimbertus De Romanis Pontificibus & Cardinalibus Liber Italice. Venetiis anno 1568. in 4.

Hieronymus Ghilinus Abbas, Academicus incognitus.

Theatrum hominum litteratorum Italice II. Tomis Venetiis apud Guerillos in 4. 1647.

Hieronymus Guadalupensis Theologus Hieronymianus, Collegii Regii D. Laurentii Scoriaci Professor, deinde Consultor S. Inquisitionis Cæsaraugustanæ.

Commentarius in IV. Evangelia. Valentiæ in fol. anno 1598.

Commentarius in Hoseam. Lugduni anno 1590. in 4.

HIERONYMUS JOANNINUS è Capuniano oppido tractus Bononiensis, Ordinis Præd.

Pensieri Christiani, sive cogitationes Christianæ. Vicentiæ apud Georgium Græcum 1600.

Edidit quoq; Sermones B. Humberti V. Generalis Ordinis Prædicatorum, additâ ejus vita. ibid. ap. Marcum Zalterium 1603. Poss.

HIERONYMUS LAMAS in S. Clementis oppidô in Hispaniâ natus, Ordinis Cisterciensis Monachus & deinde Abbas Carrecetensis, obiit anno 1610.

Methodus curationis animarum. Madriti in 4. anno 1599.

Hieronymus Lauretus Cervariensis Hispan. abbas cœnobii S. Telicis Guixolensis, congregationis montis serrati circa an. 566.

Sylva allegoriarum totius sacræ Scripturæ. Barcinone an. 1570. & deinde Coloniæ in fol. an. 1630.

HIERONYMUS MAGIUS Anglarensis Etruscus, anno 1572. Constantinopoli in carcere strangulatus.

De Tintinnabulis Liber posthumus cũ Notis Francisci Sweertii & figuris. Hanoviæ 1608. in 8. & Amstelodami apud Andream Frisium anno 1664. in 12.

De Equuleo libellus, cum Notis Gothofredi Jungermanni & fig. ibid. eod. an. & curâ Raphaelis Tricheti, unà cum Gallonio de cruciatibus Martyrum, qui & vitam præfixit. Parisiis 1659. & Hanoviæ anno 1609. in 8.

De Mundi exitio per exustionem Libri V. Basileæ in fol. apud Henr. Petri an. 1562. Opus rarum.

Della fortificatione delle cittádi M. Girolamo Magi, e del capitan

Giacomo Castriotta ingegnero del Christianiss. Rè di Franciâ in Venetiâ fol. 1584.

Miscellanea sive Variorum Lectionum Libri IV. Venetiis apud Jordanum Zilettum 1564. in 8.

HIERONYMUS MANFREDUS nobilis Ferrariensis, JCtus an. 1562. Bononiæ clarus.

De Cardinalibus Ecclesiæ Rom. Tractatus. Bononiæ apud Joan. Rubeum 1564. in fol.

Liber super attentatis appellatione pendente ad JU. Alphonsum Atestium Ferrariæ Ducem ibid. f. 1564.

HIERONYMUS MARAFINIOTUS Polistinensis Calaber, Ord. Min. de Observantiâ Theologus.

Libellus de arte reminiscentiæ per loca & imagines ac per notas & figuras in manibus positas. Venetiis an. 1605.

HIERONYMUS MARULLUS Vitæ magnorum Magistrorum Ordinis S. Joannis Hierosolymitani, Italice fol. Neapoli anno 1636.

HIERONYMUS MATRANGA Panormitanus, Clericus regularis Theatinus. De Academia Syntagmata VII. Panormi in domô S. Josephi per Antonium Martarelli 1637. 4

HIERONYMUS MENGHUS Vitellianensis (*vulgo Viadana ad Padum in ditione Mantuana*) Ord. Min. Flagellum dæmonum, sive Exorcismi terribiles, potentissimi, & efficaces, remediaque probatissima ac doctrina ad malignos Spiritus expellendos, facturasque (*ut vocant*) & maleficia fuganda è corporibus obsessis, cum suis benedictionibus & cæteris requisitis ad eorum expulsionem. Cui additur Pars II. Fustis dæmonum inscripta. Venetiis 1587. Poss.

HIERONYMUS MERCURIALIS Foroliviensis, Medicus Patavinus. Vide Er. thræum Pinac. I. p. 149. ubi refert *eum 120000. aureorum millia ad hæredes transmisisse, & post mortem ex renibus ejus tot fuisse exemptos calculos, ut pondus eorum 800. drachmas æquaret.*

Artis gymnasticæ Libri VI. in quibus omnia veterum exercitia, loca, modi &c. describuntur. Venetiis in 4. anno 1602.

Consultationes medicæ. f. Venetiis 1624.

HIERONYMUS MUTIUS Justinopolitanus, sub Pio V. clarus.

Homo nobilis tribus dialogis consid ratus Italicè. Venetiis apud hæredes Aloysii Valvassori & Joan. Dominicum Michelum 1575. 4.

Quem tractatum ab eloquentiâ laudat Naudæus Bibl. polit. p. 81.

HIERONYMUS NATALIS Majoricensis Hispanus è Soc. Jesu.

An-

Annotationes & meditationes in Evangelia, quæ in sacrosanctô Missæ Sacrificiô totô anno leguntur, cum Evangeliorum concordantia historiæ integritati sufficienti. Antwerpiæ apud Moretum cum exquisitis iconibus in folio anno 1607.

HIERONYMUS NUNNIUS RAMIREZ Olyssiponensis, Medicus.

De ratione curandi per sangvinis missionem. Olyssipone apud Petrum Craesbeeck 1610. in 4.

HIERONYMUS OLEASTER Lusitanus, Ordinis Prædic. Theologus & inquisitor Olyssiponensis.

Commentarii in Isaiam. Parisiis foliô 1622.

Commentarius in Pentateuchum. Olyssipone f. 1556. & Lugduni fol. anno 1586.

HIERONYMUS PAPHIUS Saxolensis. De Resurrectione libellus. Bononiæ 1589.

HIERONYMUS PLATUS Mediolanensis, Societ. Jesu Theologus. Obiit anno 1591. Romæ.

De bonô status religiosi. Augustæ Trevirorum anno 1593.

De dignitate Cardinalium Opus. Romæ ap. Facciottum 4. 1602.

HIERONYMUS à POLITIO Ordinis Minorum Minister Generalis.

Expositio in Regulam FF. Minorum Capuccinorum. Neapoli ap. Societatem Venetam an. 1606.

HIERONYMUS POLLINUS Ord. Prædicatorum.

Historia Anglica ab Henrici VIII. Tempore, usque ad Elisabetham, Italicè. Romæ apud Gvil. Facciotum 1594.

HIERONYMUS PRADUS Biacensis Hispanus, Societatis Jesu Theologus, circa annum 1590.

In priora sex & viginti Ezechielis Capita Commentarii; Reliqua XXII. ejusdem capita explanavit Joan. Baptista Villalpandus Cordubensis ex eadem Societate Theologus, qui & Apparatum, Urbis ac Templi Hierosolymitani commentariis ac artificiosis imaginibus illustratum adjecit. Tomis III. Romæ anno 1605. in fol. apud Carolum Villietum.

HIERONYMUS RORARIUS Exlegatus Pontificius, sub Carolô V. clarus.

Quod animalia bruta ratione melius utantur homine Libri II. ad Rev. & illustriss. Dn. Antonium Episcopum Atrebatensem, editore Gabriel Naudæô. Amstelodami apud Joan. Ravæsteinium a. 1654.

HIERONYMUS de la RUA Toletanus, Theologus.

Controversiarum Theologicarum partim positivarum, partim Scholasticarum Tomus. Romæ 1584. ap. Vincentium Accoltum.

HIERO-

HIERONYMUS RUBEUS Ravennas, medicus. Historiarum Ravennatensium Libri XII. Venetiis 1589. ex Typographiâ Gverræâ.

HIERONYMUS RUSSELLUS. Indice degli huomini illustri. Venetiis apud Corvinum Trinensem 1572. 4.

HIERONYMUS SERIPANDUS Ordinis Erem. S. Augustini, Archiepiscopus Salernitanus, Legatus ad Concilium Tridentinum, ubi anno 1563. obiit.

Commentarius in Epistolam ad Galatas. Antwerpiæ 8. 1567. apud Plantinum.

B. HIERONYMUS Stridonensis Dalmata, natus anno 329. Presbyter ordinatus anno 378. Romæ Damaso Papæ ab Epistolis, quâ urbe relictâ in agri Bethlemetici Monasterium quoddam se abscondens, varios ibi Libros composuit, ubi demum quoque obiit anno ætatis, juxta quosdam XC. Confer Possevini Apparatum pag. 747. Tomô I. Bellarminum. p. 104. Labbæum & alios, qui de Scriptoribus Ecclesiasticis ex professo Commentati sunt.

Opera omnia ex editione & cum Notis Mariani Victorii Reatini. Coloniæ Agrip. fol. 1616.

Epistolarum Tomi III. Lugduni impressi per Mag. Jacobum Saccon fol. an. 1518.

HIERONYMUS TETIUS Perusinus Comes, probitate & litteris illustris juvenis dicitur à Robertô Ubaldinô apud Bonciarium P. II. Epistolâ ultima edit. Marpurg.

Descriptio ædium Barberinarum ad Quirinalem Romæ sitarum & antiquitatum, quæ in iis spectantur, cum exquisitis figuris. Romæ ap. Mascardum in folio an. 1642.

HIERONYMUS TORNIELLUS Novariensis, Professor juris in Academia Patavina,

Interpretatio in universam l. *Gallus ff. de Liber. & posthum.* curâ M. Ant. Peregrini. Patavii anno 1563. apud Jacobum Jordanum f.

HIERONYMUS à TOVAR Hispanus. De ponderibus medicamentorum Liber. Hispali ex officinâ Antonianâ 1572. in 4.

HIERONYMUS VALERIUS Cæsaraugustanus. De Colocynthidis præparatione & trochiscis alhandel eorumque usu. Cæsaraugustæ 1611. 8.

HIERONYMUS VECCHIETTUS Florentinus ab Ægyptô S. Th. D. Vide de eo Erythræum Pinacothecæ P. I. pag. 196.

De anno primitivô ab Exordiô M. ad annum Julianum accommodatô, & de Sacrorum Temporum ratione Libri VIII. Opus ingens ex superiorum permissu. Augustæ Vindelicorum expensis & domi ipsius autoris impressum, per

perAndreamAperger anno Christi Domini ecclesiastico M.DC.XXI. absolutumque sub feria tertia S. Paulini Episcopi in numero dierum 2035400. à creatione cum vetitu, ne ab aliquo infra decennium excudatur, in maximo folio. Ob Librum hunc auctor ab inquisitorib⁹ in vincula conjectus, anno ætatis LXXX. in iis obiit.

Hieronymus Verrutius JC. Lexicon Juris civilis: addita sunt varia opuscula ad historiam juris pertinentia. Parisiis fol. ap. Mich. Sonnium 1574.

HIERONYMUS VIDA Cremonensis, è Congregationis Lateranensis Canonico, Episcopus Albensis in Subalpinis.

De Reipublicæ dignitate. Cremonæ in 8. anno 1556.

De arte poëtica; de bombyce; de ludo Scacchorum Libri; hymni & Bucolica ex editione ipsius auctoris. Romæ apud Ludovicum Vicentinum 1527.

HIERONYMUS VIGNIER Blæsensis, Ordinis S. Oratorii Presbyter.

Supplementum Operum ineditorum S. Augustini Tomis II. Parisiis in fol. anno 1654.

HIERONYMUS VITALIS Capuanus, Clericus regularis Theatinus. Lexicon Mathematicum: continet terminos Mathematicos & inprimis Astrologicos & astronomicos in ordinem alphabeticum redactos, cum ipsorum explicatione: additus est Tractatus de Sympathia. Parisiis apud Ludovicum Billaine in 8. anno 1668.

HIERONYMUS WIELMIUS Venetus, Ord. Prædicatorum, S. Th. D. Episcopus Argolicensis, deinde Æmoniensis circa an. 1565.

De VI. diebus conditi Orbis Lectiones XXX. ad Aloysium Patritiũ Venetum: adjecti sunt Libri II. de doctrina & scriptis S. Thomæ. Venetiis ap. Juntas 4. 1575.

HIERONYMUS XAVIER è Soc. Jesu, circa annum 1598.

Historia Christi & Petri Persicè in quâ plura perstringit, qui eam Latinè reddidit & animadv. auctam divulgavit, Ludovicus de Dieu, prodiit Leydæ 1639. 4.

HIERONYMUS ZANCHIUS Jureconsultus Bergomensis.

Repetitio §. *cum ita l. heredes mei ad Trebell.* Brixiæ in fol. apud Damianum Turlinum anno 1560.

HILARIO Monachus SS. Nazarii & Celsi Veronæ, congregationis S. Justinæ, nunc Cassinensis dictæ anno 1515.

Appendix ad vitas SS. Jacobi de Voragine. Mediolani apud Jacobum Ripam 1494.

Paraphrasis in Rhetoricam Hermogenis. Venetiis 1523,

HILARIONIS Monachi Græci Tractatus de mysterio Græcorum & azymo Latinorum græcè à

Meursiô cum aliis anno 1619. Lugduni Bat. editus est.

HILARION de COSTE Monachus Ordinis Minimorum S. Francisci de Paula. Vita Marini Mersenni ejusdem Ordinis. Parisiis 1649. in 8. apud Sebastianum Cramoisy.

Elogia & vitæ Reginarum, Principum, ac fœminarum nobilium pietate, fortitudine ac doctrina illustrium, qui nostris ac avorum Temporibus floruere, cum explicatione Emblematum, Symbolorum, insignium & hieroglyphicorum ab iis adhibitorum. Gallicè, Parisiis 1630. in 4. & ibidem 2. Tomis, teste Labbæo Bibl. Bibl. pag. 84. anno 1647. in 4.

Historia Catholica Virorum illustrium, qui sæculis æræ Christianæ decimo sexto & decimo septimo floruerunt. Parisiis in fol. 1625. apud Petrum Chevalier.

Vita Francisci Picardi: additæ sunt Elogia variorum doctorum virorum ejus amicorum ib. 1658. 8.

Vita S. Francisci de Paula Ordinis Minimorum Fundatoris. Parisiis 1655. in 4.

HILARIUS NICUESA Clericus Regularis Theatinus.

Exorcismarium magnum, Libris II. Venetiis 1639. 4.

HILARIUS Pictavorum Aquitaniæ Episcopus, circa annum Christi 355. clarus. Obiit anno 369. Vide Possevinum pag. 758. seqq. Bellarminum, Labbæum, Olearium &c.

Opera omnia olim Basileæ ap. Frobenium edita ab Erasmo emendata anno 1550. in fol.

Eadem Parisiis 1605. ap. Societatem.

Eadem ibidem anno 1652. in fol. quæ novissima.

HILDEBERTUS Cenomanensis Episcopus, deinde circa annum 1090. Turonensiis Archiepiscop9. Vide Possevinum T. I. pag. 759.

Vita S. Mariæ Ægyptiacæ carmine elegiaco MS. olim ap. Gasp. Barthium, qui ejus editionem pollicetur in notis ad Guil. Britonem p. 717.

HILDEBRANDUS GOFREDUS Frisius Theologus & pastor Husemensis (*qui ditionis Leovardiensis pagus est*) Obiit an. 1500.

Statuta Episcoporum Ultrajectinorum. Goudæ in 4. 1484. apud Gerardum de Leew.

HINCMARUS Archiepiscopus Rhemensis, sub Carolo Calvô, Ludovico III. & Carolo Crasso in pretio fuit. Obiit anno 882.

Opera omnia editore Joanne Cordesio Canonico Lemovicensi. Parisiis 1615. in 4. apud Sebast. Nivellium.

Eadem in II. Tomos divisa cum Observationib. Jacobi Sirmondi Parisiis anno 1645. in folio.

HIPPARCHUS astronomus sæculo ante æram Christianam II. cla-

clarus. In Arati & Evdoxi Phœnomena Libri XIII. Item Liber asterismorum græcè & latine editore Petro Victorio Florentiæ anno 1567. Extant etiam nonnulla Tomô III. Dionysii Petavii de Temporum doctrinâ.

HIPPOCRATES Cous, Medicorum Princeps, circa Olympiadem 82. clarus. Vide Meibomii Com. ad jusjurandum. Bœclerum de Scriptoribus classicis pag. 6.

Opera omnia à Marco Fabio Calvo Latinitate donata. Romæ anno 1532.

Eadem græcè & latinè ex editione Hieronymi Mercurialis. Venetiis apud Juntas 1588. in fol.

Eadem græcè cum interp. Latina Anutii Fœsii Mediomatrici. Francofurti apud Wechelum anno 1595. in fol.

Ex editione Renati Chartierii Vindocinensis græcè & lat. Lutetiæ Paris. fol. 1639.

Ex editione Joan. Antonidæ van der Linden II. voluminibus.

Lugduni Batavorum in 8. anno 1668. quæ editio nitida & inter optimas habenda.

Jusjurandum cum amplissimo Com. Joannis Henrici Meibomii. 4. Lugduni Bat. 1643.

Aphorismi cum Comm. Oribasii. Patavii 1658. 12.

HIPPOLYTUS ANGELERIUS. Libellus de antiquitatibus urbis Ateſtinæ, quem avtographum se vidisse apud illustrem Credatii Comitem Jacobum Zabarellam Patavinum magni Philosophi ex filio nepotem, ait Rhodius libro de acia ad mentem Celsi restituta p. 134.

HIPPOLYTUS MARACCIUS Lucensis è congregatione Clericorum regularium Matris Dei.

Bibliotheca Mariana alphabetico ordine digesta & in II. partes divisa, quibus autores qui de Maria Deipara virgine scripserunt cum recensione operum continentur. Romæ Typis Francisci Caballi Tomis II. anno 1648. in 8.

HIPPOLYTUS MARSILIUS Bononiensis. Tractatus Bannitorum. Bononiæ apud societatem Typographorum fol. 1574.

HIPPOLYTUS RIMINALDUS Ferrariensis, in Gymnasio patrio Professor. Commentarii in primam Digesti veteris partem. Venetiis apud Francis. de Portonariis 1570. in fol.

HIPPOLYTUS SALVIANUS Tiphernas, Medicus Romanus.

De aquatilibus Liber cum iconibus centum æri artificiose insculptis. Romæ in ædibus auctoris 1557. fol.

HOLOBOLUS Rhetor. De eo Isaacus Vossius Comm. ad Pomp. Melam Lib. II. cap. 7. pag. 213. *Salmasius omnia Dosiadæ poemata unà cum inscriptione Herodis Attici cum prolixa expositione in lucem de-*

dit. Sed profectò in omnibus istis explicationibus nihil omnino est, quod alicujus sit momenti, quod non hauserit ex scholiis Holoboli Rhetoris, quem totum descripsit nulla tamen ullibi facta ejus mentione. Geminum scholiorum istorum nactus sum exemplar, alterum Sylburgii, alterum Commelini manu descriptum. Sed & tertium communicavit Lucas Langermannus. Colomesius in Opusculis p. 138. ait fragmenta ejus quædam extare inter fragmenta Pachymeræ à Petavio unà cum Breviario Historico Nicephori publicata & in præfatione Gyraldi ad libellum de ænigmatibus.

HOMERUS Poëtarum Græcorum Princeps, qua ætate vixerit inter eruditos non convenit. Vide Vossium de Poetis Græcis. Bœclerum de Scriptoribus pag. 1. seq. Allatium peculiari Opere de ejus vitâ Lugduni anno 1640. impressô.

De monumento marmoreo ante paucos annos in ditione Colonensium Procerum prope Romam effosso, & in Homeri honorem ab Archelao Prienensi effictô, vide Kircherum in descriptione LATII ubi illud æri incisum exhibet & dilucidat. De numismatibus nomine & effigie ejus insignitis Spanhemius de usu Numismatum pag. 487. seqq.

Opera ejus ILIAS: ODYSSÆA: de Batrachomyomachia & alia quædam. Græcè Florentiæ lucem viderunt primum anno 1488.

Græce & latinè cum Com. Joan. Spondani Mauleonensis. Basileæ fol. anno 1606.

Eadem græcè & latinè 8. Amstelodami anno 1650.

Eadem græcè ac Latinè, cum Didymi scholiis, accurante Cornelio Schrevelio 4. Amstelodami 1656.

HONORATUS FABER è Societate Jesu Theologus.

Tractatus II. quorum prior est de Plantis & de generatione animalium. Posterior de Homine. Parisiis in 4. 1666. apud Franciscum Muguet.

Synopsis Optica. Lugduni in 4. anno 1667.

Apologeticus doctrinæ moralis Soc. Jesu. Lugduni 1670. fol.

Physica in III. volumina divisa. ibid. 1670. in 4.

HONORATUS NICQUETUS è Societate Jesu.

Nomenclator Marianus, sive nomina sanctissimæ Virginis ex Scriptura, sanctisque Patribus. Rothomagi 1664.

Tractatus de Angelo Gabriele 8. Lugduni 1653.

Physiognomia humana. Lugduni 4. 1648.

Historia Tituli S. crucis. Parisiis 8. 1648. & Amstelodami apud Frisium in 12. anno 1670.

HONORIUS AUGUSTO-

DU-

DUNENSIS Presbyter circa annum 1220. clarus.

De mundo ac Temporum & Rerum ad Conradum III. sive annum 1173. successione Libri III. MS in Bibl. Vindobonensi teste Lambecio Tomo II. Comm. de cap. 2. Vide Vossium de Hist. L. lib. II. cap. 57.

HONORIUS BELLI diligentissimus Rerum exoticarum Scriptor vocatur a Thomasino de donariis cap. XI. & addit *Observationes ejus Creticas auctoris manu exaratas penes se esse.*

HONORIUS DOMINICUS CARAMELLA Panormitanus.

Musæum illustrium Poetarum Latinorum qui ad hæc usq; Tempora scripserunt, cum notis Michaelis Foscareni nobilis Veneti. Venetiis 1651. in 12.

HORAPOLLO sive HORUS APOLLO Ægyptius, ætatis incertæ scriptor. Hieroglyphica græce & latinè Augustæ Vindel. 1595. in 4. & ibid. correcta, suppleta & illustrata à Davide Hœschelio anno 1605.

Græcè & latinè Parisiis in 4. an. 1618. ex editione & cum observationibus Nicolai Caussini e Soc. Jesu, unà cum ejus Polyhistore symbolico.

HORATIUS AUGENIUS à Monte S. Medicus & Philosophus, Professor in Academia Taurinensi.

Epistolæ & Consultationes Medicæ. Venetiis apud Damianum Zenarium 1592. in fol.

HORATIUS DIOLA Bononiensis. Chronicon Franciscanorum à Marco Olyssiponensi Lusitanice conscriptum, Italicè reddidit, prodiit Brixiæ 1582.

HORATIUS GIANUTIUS. De Ludo Scacchico Tractatus. Taurini Italicè 4. 1597.

HORATIUS PANCIROLA Rhegiensis, Guidonis de quo supra, Fratris filius. De anno Jubilæo, deque Sacris locis, atque reliquiis Urbis Romæ, Italicè. Romæ apud Aloysium Zanettum 1600.

Q. HORATIUS FLACCUS POETA Latinus Lyricus, sub Augusto Imp. floruit. Opera: Odarum Libri IV. Epodon Liber: Satyrarum Libri II. Epistolarum Libri II. de arte poëticâ Liber, cum Observationibus Petri Gvaltheri Chabotii, â Joanne Jacobo Grassero editis, Coloniæ Munatianæ an. 1615. in fol. ap. Ludovicū Regem.

Cum Dionysii Lambini, Adr. Turnebi & Marcilii commentariis Lutetiæ anno 1604. Quæ duæ editiones reliquis præstant. Quibus addatur Danielis Heinsii illa cui adjuncti sunt duo ejus libri de Satyrâ Horatianâ, Lugduni Batav. anno 1629.

[Eadem prodierunt cum Com. Lævinii Torrentii Antwerpiæ 4. 1608.

Cum Comm. Jacobi Cruquii. 4. 1611.

4. 1611. Leydæ Cum Comm. Variorum & integris notis Joann. Bond, accurante Cornelio Schrevelio 8. Lugd. Bat. apud Haakios anno 1668.
Absque Notis, litteris capitalibus. Parisiis fol. 1642. Typis Regiis.

HORATIUS ROMANUS sub Nicolaô V. clarus.

Porcaria sive poëma de conspiratione Stephani Porcarii adversus Nicolaum V. Pontificem, Libris II. ipsi Pontifici Nicolao dicatum. Incipit: *Insidiis patriæ quis struxit, & arma parenti* nec non alia poëmata, MS. olim apud Arnoldum Buchellium JCtum Ultrajectinum teste Vossiô de Hist. L. librô III. cap. 7.

HORATIUS TURSELLINUS è soc. Jesu patriâ Romanus, obiit anno 1609.

Historiæ Lauretanæ Libri V. Romæ apud Aloysium Zannettum 1597. & deinde Moguntiæ anno 1598.

Vita Francisci Xavieri primi è societate Jesu in Indeâ Orientali & Japonia Evangelium prædicantis. Antwerpiæ 1596.

Epitome historiæ Universalis ad annum 1598. Parisiis 1669. 12.

Continuavit illam sed gallicè Dn. Coulon. Parisiis 1648. in 8.

HOSEAS PROPHETA. Ebraicè & Chaldaice editus est cum interpretatione Latinâ & Notis Gvilielmi Coddei. 4. Leydæ 1621.

HUGO CARENSIS è diœcesi Ebrodunensi in Delphinatu, ex Ord. Præd. Monachô Presbyter Card. S. Sabinæ. Obiit Lugduni anno 1262. teste Possev. T. I. p. 770.

Opera omnia in Universum Vetus & Novum Testamentum, in VIII. Tomos divisa. Venetiis in folio ap. Sessas an. 1600.

Speculum Ecclesiæ & Sacerdotum. Parisiis in 4. per Antonium Caillaut anno non additô.

HUGO FLORIACENSIS (*quod Cœnobium est agri Aurelianensis ad Ligerim situm*) sub Ludovicô Crassô Galliarum Rege circa annum Ch. 1120.

Chronicorum Libri VI. editore Bernardô Rottendorfiô Medicô Reip. Monasteriensis, cujus notæ accedunt. Monasterii Westphalorum 1638. 4.

HUGO GROTIUS Delphis apud Batavos natus anno 1583. Advocatus fisci Hollandici & Roterodamensis Syndicus. Obiit Rostochii anno 1645. 18. Aug. Vide Andream p. 398.

Metaphrasis latina Libri de portuum investigandorum ratione Belgicè à Simeone Stevinô scripti. Lugd. Bat. anno 1599.

Notæ in Martianum Cappellam. Syntagma Arateorum *id est* Arati Phænomena ex Metaphrasi H. Grotii, intertextis Ciceronis reliquiis: Notæ in Aratum: in Ger-

Germanici Cæſ. & Feſti Avieni interpretationem. ibid. 1600. 4.

Notæ in Lucanum.

Mare liberum ſive de jure quod Batavis competit ad Indica commercia ibid. 1609. 4.

De antiquitate Reipublicæ Batavæ. ibid. 1610. 4.

De jure Belli ac Pacis Libri III. in quibus Jus naturæ & Gentium item juris publici præcipua explicantur. Pariſiis 1615. 4. & deinde cum annotatis auctoris locupletiores Amſtelodami 1631. ap. Gviliel. Blaeu in fol. & ibid. 1642. in 8.

Iidem: acceſſerunt annotata in Epiſtolam Pauli ad Philemonem, in 8. ibid. anno 1670.

Florilegium Stobæi. Vide infra v. JOANNES STOBÆUS.

Florum ſparſio ſive Notæ breves ad jus Juſtinianeum. in 12. Amſtelodami anno 1643.

Notæ breves & emendationes in Cor. Tacitum. Lugd. Bat. 1640. 12.

Tragœdiæ Sacræ *Adamus exul, & Chriſtus patiens* ibid. 1601. & 1608. 8.

Poemata omnia collectore fratre Gvil. Grotiô 1617. 8. acceſſit ſilva ad Francif. Aug. Thuanum. Pariſiis 1621. ap. Rob. Stephani.

Ordinum Hollandiæ pietas à Sibrandi Lubberti calumniis vindicata. 1613. in 4.

De Satisfactione Chriſti, adverſus Socinum. anno 1617. Londini 12. 1661.

Apologeticus eorum qui Hollandiæ Weſt-Friſiæque & vicinis nationibus ex legibus præfuerunt, ante mutationem, quæ evenit anno 1618. *quô ea refutantur, quæ adverſus Grotium atq; alios acta & judicata, fuerunt.* Pariſiis 1622. 8.

Hæc ejus Valerius Andreas recenſet, quibus addantur ſequentes. Comm. in Epiſtolas Catholicas & Apocalypſin fol. Pariſ. 1650.

In Decalogum. 8. Amſtel. 1640. de Antichriſto Tractatus 8. ibid. de fide & Operibus. 8. ib. Appendix ad Librum de Antichriſto. 8. ib. Via ad pacem Eccleſiaſticam 8. ibid. Votum pro pace Eccleſiaſticâ 8. ib. De cœnâ S. ibid. 8.

Animadverſiones in animadverſiones Riveti 8. Amſtelod.

Rivetiani apologetici, pro ſchiſmate contra Votum pacis facti, diſcuſſio. 8. Irenopoli 1645. ſive Amſtelodami.

De veritate religionis Chriſtianæ cum animadverſionibus 12. Amſtel. 1674.

Libri ſunt VI. & unà cum annot. in Epiſtolas canonicas Pariſiis in fol.

De imperiô ſummarum poteſtatum circa Sacra Com. poſthumus cum ſcholiis Blondelli & aliis. 8. Hagæ 1652.

Philoſophorum ſententiæ de Fato & de eô quod in noſtrâ eſt poteſtate. 12. Amſtelod. 1648.

Obſi-

Obſidio Grollæ. f. ib. 1629.

Excerpta ex Tragœdiis & Comœdiis Græcis. Pariſiis 4. 1626.

De ſtudiis inſtituendis diſſertatio, cum aliis Amſtelodami 1645.

Poëmata 12. ib. 1670.

Epiſtolæ ad Gallos 12. Leydæ 1648.

Diſſertatio de origine gentium Americanarum 8. Amſtel:

Annales & hiſtoriæ de Rebus Belgicis. ib. 1657. fol.

Hiſtoria Gothorum Vandalorum & Longobardorũ 8. ib. 1655.

Epiſtolæ ad Berneggerum. 12. Argentorati 1667.

Epiſtolæ ad Iſraelem Jasky 12. Dantiſci 1671.

HUGO Epiſcopus LINGONENSIS. Tractatus adverſus Berengarium de S. Eucharistiâ, editus à Lucâ Dacheriô, unà cum Lanfrancô. vide infra v. LANFRANCUS.

HUGO MENARDUS Pariſinus, Ordinis S. Benedicti Congreg. S. Mauri in Galliâ.

Martyrologium SS. Ordinis S. Benedicti, cum obſervationum II. Libris. Pariſiis apud Joan. Germont & Joannem Billaine 8. 1629.

HUGO SEMPILIUS è Soc. Jeſu. De diſciplinis Mathematicis Libri XII. Antwerpiæ apud Balth. Moretum f. 1635.

HUGO de S. VICTORE natione Saxo, Canonicus Auguſtinianus, vel juxta alios Regularis, Abbas Cœnebii B. Victoris Pariſiorum circa annum 1170. clarus. V. Poſſev. T. I. p. 771.

Opera omnia III. Tomis. Venetiis anno 1588. apud Joan. Bapt. Somaſcum annot. Thomæ Garzonii.

Eadem Tomis III. Rothomagi in fol. 1648.

HUGO Monachus Abbatiæ S. VITONI Virdunenſis, quâ relictâ Abbas S. Petri Flaviniacenſis in Burgundiâ electus fuit. Chronicon Virdunenſe, ab aliis Flaviniacenſe inſcriptum, Hiſtoriam ſæculi XI. poſt Ch. natum complectens. Ex avtographô auctoris quod Pariſiis in Collegio Soc. Jeſu Claremontanô adſervatur publicavit Philip. Labbæus Tomô I. Bibl. novæ.

HUGOLINUS VERINUS circa annum 1490. claruit, patriâ Florentinus. Vide Voſſium L. III. c. 8. de H. L. De illuſtratione Florentiæ Libri III. Carmine heroicô. Lutetiæ Typis Rob. Stephani junioris an. 1588. è. Bibliothecâ Germani Audeberti Aurelii.

HUMBERTUS Viennenſis Gallus, Sextus Ord. Prædicatorum Generalis circa annũ 1245.

Sermones ad varios & de variis CC. editore Pallante Spangelio Profeſſore Heidelbergenſi. Hagenoæ in fol. anno 1508. curâ Joan. Rynman.

Iidem

iidem Venetiis anno 1603. apud Marcum Antonium Zalterium.

HYACINTHUS BRUSCIOTTUS à Vertralla Capuccinus.

Regulæ quædam pro difficillimi Congensium idiomatis faciliori captu. Romæ 8. 1659. Typis Congreg. de fide.

Doctrina Christiana ad profectum missionis totius Regni Congi in IV. Lingvas distincta. ibid. 4. 1650.

HYACINTHUS CHOQVETIUS Insulensis, Ord. Prædicatorum S. Th. D. Dvaci anno 1620.

De Sanctis Belgii ex ordine Prædicatorum liber singularis. Duaci Typis Belleri 1616. 8.

C. Julius HYGINUS. *Augusti Imp. libertus, patriâ hispanus, vel juxta alios,* teste Svetoniô libellô de illustribus Gram. *Alexandrinus,* vide Vossium Lib. I. c. 20 de H. lat.

Liber Fabularum apud Commelinum an. 1599. in 8.

Idem Lugduni Batav. apud Gaesbeckios in 12. an. 1670.

Astronomicon poeticum Fabio cuidam inscriptum. Venetiis apud Aldum anno 1499. & Lugduni per Joan. Degabianum an. 1608.

Utrumque opus, cum annot. Joan. Schefferi & Thomæ Munckeri Hamburgi apud Gothofredum Schultzium 8. anno 1674.

HYGINUS Gromaticus temporibus Trajani clarus.

Gromatica cum Commentariô Radbodi Hermanni Schelii, Domini Veneburgæ & Welburgæ, Isselmudani Transisulaniæ agri Præsidis. Additus est Polybii libellus de castris Romanorum, græcè & lat. Amstelod. 4. 1660.

I.

JACOBUS ÆMYLIANUS Ferrariensis. Consilia Juridica cum summariis & repertorio Joan. Bapt. Zileti Veneti, curâ Alphonsi Banchi JC. Ferrariensis. Venetiis apud Vinc. Valgrisium 1565. in fol.

JACOBUS ALBERICUS Sarnicensis Bergomas, Ordinis Erem. S. Augustini Congregat. Lombardiæ.

Catalogus illustrium Scriptorum Venetorum Italicè. Bononiæ apud hæredes Joan. Rossi 4. 1605.

JACOBUS ANGLIÆ Rex. obiit anno 1624. mense Martiô; De ejus eruditione confer Becmanni historiam polit. pag. 354. Carafam in Germaniâ restauratâ p. 9.

Opera omnia, inter quæ præcipua fere: Paraphrasis in Apocalypsin: Dæmonologiæ Libri III. Basilicôn doron. Jus liberæ Monarchiæ. de abusu Tabaci. Orationes & meditationes variæ. editore Jacobo Montacutiô Episcopô Wintoniensi. Londini apud Bonhamum Nortonium &

Joan. Billium Typographos regios. 1619. in foliô.

JACOBUS BACCIUS. De vitâ Philippi Nerii Florentini, Congregationis Oratorii Romæ fundatoris, Viri Sanctitate celebris. Romæ 4. 1635.

JACOBUS BERENGARIUS Carpensis, quod oppidum est agri Mutinensis. De fracturâ cranii Liber sub Jacobi Carpi nomine Bononiæ 1518. recusus denuo Lugduni Batav. ap. Joan. Maire in 8. 1629.

Commentarius in anatomiam *Mundini* Medici Bononiæ 4. 1521. apud Hieronymum de Benedictis. Vide Placcium ad Joan. Rhodii indicem supposit. Scriptorum n. III.

JACOBUS BLÆUS Antwerpianus Chalcographus. natus anno 1581. Les vrays Portraits des Roys de France, tirez des Sceaux, medailles, & autres effigies, par Jacques de Bie, seconde edition, augmentée de nouveaux portraits & enrichie de leurs eloges & Vies, par le Pere Hilarion de Coste Minime, Parisiis 1636. in fol. chez Jean Camusat.

La France Metallique contenant les actions celebres tant publiques que privees des Roys & des Reynes, remarquées en leurs medailles d'or, d'argent & de bronze, tirees des plus curieux cabinets. Paris. chez le mesme f. 1636.

Les familles de la France illustrées par les monumens des Medailles anciennes & modernes. ib. eod.

Omnia hæc, ait Labbæus Bibl. Bibl. pag. 227. *propemodum conficta sunt ad libitum, fucumque faciunt minus eruditis.*

Numismata Imperatorum Romanorum aurea, argentea & ærea à C. Julio Cæsare usque ad Valentinianum Augustum. Antwerpiæ 1617, in fol. apud Bellerum.

JACOBUS BONFRERIUS Dionantensis Eburo, è Soc. Jesu Doctor Theologiæ, Duaci docuit. Andreæ p. 402.

Commentarius in Pentateuchum Moysis & præloquia in totam S. Scripturam. Antwerpiæ ap. Moretum in fol. anno 1625.

Com. in Josuam, Judicum & Ruth accessit onomasticum urbium & locorum S. Scripturæ, sive Liber de Locis Hebraicis, ab Eusebiô primùm græce, ab Hieronymo latine scriptis cũ variis additamentis. Parisiis typis Seb. Cramoisy 1631. fol.

Comm. in Libros Regum & Paralipomenon T. II. Tornaci fol. 1643.

JACOBUS BOSIUS. Historia Ordinis militaris D. Joannis Hierosolymitani P. II. Italicè. Romæ e Vaticana Typogr. 1594.

De cruce Triumphante Opus. Antw. apud Moretos 1617. in fol.

Ja-

JACOBUS BOULDUCUS Ordinis Capuccinorum.

De Ecclesia ante Legem. Parisiis 1626. apud Landry.

Commentarii in Jobum. Parisiis 1637. in fol.

De Oggio Christiano Tract. Lugduni 4. 1640.

JACOBUS BRACELLUS Genuensis circa annum 1500. vixit.

De bello inter Hispanos & Genuenses suo tempore gesto Libri V. editore Bartholomæo Gorla. Romæ 1579. apud hæredes Antonii Bladi: additus est Liber de illustribus Genuensibus; Et Oræ Liguſticæ descriptio. Habentur quoq; in Italia illustrata Andreæ Schotti.

JACOBUS BUTRIGARIUS JC. Bononiensis.

In primam & secundam Digesti veteris partem commentarius. Romæ, Typis Lepidi Facii in fol. anno 1606.

JACOBUS CALVUS de Alberto, archipresbyter Tusculanus. Synaxis curæ animarum ex doctrina S. Thomæ de Aquino, sincerè summatimque collecta. Romæ ex offic. Aloysii Zanetti 1600.

JACOBUS CAVACIUS Patavinus. Monachus Congregationis Cassinensis.

Libri VI. historiarum Cœnobii D. Justinæ Patavinæ. Venetiis apud Societatem anno 1606.

Illustrium anachoretarum Elogia sive Viri religiosi Museum. Venetiis in Typographia Pinellianna 1625. 4.

JACOBUS de CESSOLIS Lombardus Ordinis Prædic. circa annum 1295. teste Antonio Senensi clarus.

De ludo Scacchorum sive de moribus hominum officiisq; Nobilium super eo Commentarius. Mediolani excusus anno 1497.

JACOBUS CORENUS Ordinis Minorum regularis observantiæ, Provinciæ S. Ludovici concionator.

Clypeus patientiæ in auxilium quorumcunque afflictorum. Venetiis 8. 1643. apud Combi.

Observationes in Evangelia Quadragesimalia Lovanii 4. 1653.

JACOBUS CUJACIUS Tholosanus JCtus excellens. Obiit Biturigibus Avaricum anno 1590.

Opera omnia in Tomos V. digesta. Parisiis ap. Seb. Nivellium 1584. f.

Eadem in X. Tomos divisa studio & opere Caroli Annibalis Fabroti JC. Parisiis 1658, & 59. in fol.

JACOBUS DAMIANI. Tableau Racourci de ce qui s'est fait par la Compagnie de Jesus durant son premier Siecle. Composè en Latin par le R. P. Jacques Damiens & traduit en François par le R. P. François Lahier; tous deux de la même compagnie.

A Tournay de l'imprimerie d'Adrien Quinque 1642. 4.

JACOBUS JOANNES WENCESLAUS DOBRZENSKY de Negro-ponte Professor extraordinarius Medicinæ in academiâ Pragensi.

Nova Philosophia de fontibus. Ferrariæ fol. 1659.

JACOBUS DUPORTUS S. Th. D. Decanus Petroburgens. CollegiiD.Magdalenæ apudCantabr. Præfectus.

Salomon ἔμμετρος sive III. Libri Salomonis Proverbia, Ecclesiastes & Canticum græco carmine redditi. 8. Cantabrigiæ 1646.

Job græcô carmine redditus. ib. 8. 1653.

JACOBUS FONTANUS San Maximitanus, primarius Medicus & in acad. Aquensi Borbonica Professor Regius.

Opera omnia Medica. Colon. Allobrogũ ap. Chovetios 4.1613.

JACOBUS FULIGATTUS e Societate Jesu.

Vita Roberti Bellarmini Italicè, Latine reddita à Sylvestro Petra-Sanctâ. Antwerpiæ in officina Plantiniana Balth. Moreti 4. 1633.

JACOBUS GADDIUS Florentinus. De Scriptoribus non Ecclesiasticis, Græcis, Latinis, Italicis. Tomus I. Florentiæ typis Amatoris Massæ 1648. f.

De iisdem Tomus II. Lugduni anno 1659. in fol,

Adlocutiones & Elogia exemplaria Cabalistica, oratoria, mixta, sepulcralia. Florentiæ ap. Petrum Nesteum 1636. 4.

Elogia historica solutâ & vinctâ numeris oratione perscripta & notis illustrata ibid. apud Amatorem Massam 4. anno 1637.

Elogiographus sive varia Elogia. ibid. in 4. apud eundem.

JACOBUS GAFFARELLUS S. Th. & Canonum D. Protonotarius Apostolicus; & D. Catharinæ Prior, ac Amelii perpetuus Commendator.

R. Eliæ de fine Mundi Tractatus latinè versus cum Notis. Parisiis 8. 1629.

Curiositez inouyes sur la sculpture Talismanique des Persans, horoscope des Patriarches & lecture des Estoilles. Parisiis 8. 1629. apud Hervæum du Mesnil: ibid. 1630. & Roven in 8. an. 1650. quem librum ipse auctor rursus refutavit. Vide Labbæi Bibl. Bibl. p. 356.

Index Codicum MS. Cabalisticorum, quibus usus Picus Comes Mirandulæ. Parisiis apud viduam Hieron. Blageart anno 1651.

JACOBUS GAUFRIDUS Tauroentius Gallus. Vindicata antiquitas sive Parecbasis Encomiastica, pro Curiositatibus inauditis Jacobi Gaffarelli. Parmæ 1634. in 4.

JACOBUS GAULTERIUS Annoxensis è Soc. Jesu.

Ta-

Tabula Chronographica a Christo ad nostra usq; tempora deducta, ad Henricum IV. Francorum Regem 1609. Latine autem Parisiis anno 1614. & Lugduni sumtib. Horatii Cardon anno 1616.

JACOBUS GOAR Ordinis Prædic. Ευχολόγιον Græcorum sive Rituale è MS. editum ac notis illustratum græce & latine e regione. Parisiis fol. 1647.

JACOBUS GOLIUS Professor Arabicæ Linguæ in Academia Leydensi. Lexicon Arabico-Latinum fol. Leydæ 1653.

Historia Tamerlanis Arabicè Ahmede Arabschia auctore. ib. 4. 1636.

JACOBUS GOTHOFREDUS Parisinus Juris Civilis in Acad. Parisina Professor.

Ad L. nullus omnino Codicis Theod. lib. XII. de paganis Com. Genevæ in 4. 1616. typ. Gothardi Vœgelini.

Vetus orbis descriptio autoris anonymi Græci. ibid. 1628.

Animadversiones Juris civilis. Coloniæ Allobrogum 1628.

Comment. in Codicem Theodosii Imp. Vide supra: *Codex Theod.*

Com. in Libanii orationem pro Templis gentilium.

Exercitationes de Ecclesia & incarnatione Chr. 8. Genevæ 1649.

Fragmenta XII. Tabularũ 4. 1616.

Opuscula varia Juridica, Politica, historica, Critica. 4. ib. 1654.

Fontes juris civilis 4. ib. 1653

De diversis Regulis Juris. 4. ib. eod. de famosis latronibus investigandis 4 ibid. 1652.

Diatribe de jure præcedentiæ 4. ib. 1664.

Tractatus de Salario 4. ib. 1666.

JACOBUS de GRAFFIIS Capuanus Ordinis D. Benedicti, Abbas Cassinensis & diœcesis Neapolitanæ major Pœnitentiarius.

Decisiones aureæ casuum conscientiæ Libris IV. Venetiis apud Damianum Zenarium 1593.

Earundem Pars II. 4. Augustæ Taurinorum an. 1597.

JACOBUS GREGORIUS Scotus. Vera circuli & hyperbolæ quadratura in propria sua proportionis specie inventa & demonstrata. Patavii 4. anno 1667. vide acta Anglicana anni 1668. pag. 23. edit. Belgicæ.

Geometriæ pars Universalis, quantitatum curvarum transmutationi & mensuræ inserviens. ib. 1668. 4.

JACOBUS GUTHERIUS Calvimontanus Lingo, in Parisiensi senatu advocatus.

De veteri jure Pontificiô Urbis Romæ Libri IV. Parisiis apud Nicolaum Buon 1612.

De jure Manium sive de ritu, more & legibus prisci funeris Libri III. ibid. apud eundem. 1615.

De officiis domus augustæ publicæ & privatæ Libri III. Parisiis 4. 1628. apud Sebastianum Cramoisy.

JACOBUS HAN Argentinensis. Oratio habita Spiris in Synodô ad Clerũ an. 1439. die ult. April. de statu Cleriorum e MS. edita extat apud Joan. Conr. Dietericum additionib. ad Flacii Catalog. p. 238.

JACOBUS BONAVENTURA HEPBURNUS Scotus, Ordinis S. Francisci de Paula.
Virga aurea LXXII. encomiis B. Mariæ celata: in quâ 72. diversissimorum characterum continentur alphabeta totidem emblematis decorata Romæ 4. apud Philippum Thomasium, cum privilegiô Pauli V. 1616.

JACOBUS HERTELIUS. Fragmenta vetustissimorum quinquaginta Comicorum græcorum collecta. Veronæ 1616. 8.

JACOBUS LAURUS Romanus. Antiquæ urbis splendor sive præcipua Urbis Romanæ Templa, amphitheatra, Circi, arcus triumphales & alia splendida ædificia ac monumenta in æs incisa. Romæ 4. 1612. apud Andream Phæum.

JACOBUS LECTIUS JC. Genevensis, in Patriâ Professor, obiit anno 1611. in Patria, ætatis LIII. Poëtæ græci omnes, qui heroicô carmine scripsere, cum interp. latinâ ab eô recensiti. Aureliæ Allobrogum in fol. anno 1606.

JACOBUS de LENDA alias Laudensis, Ord. Minorum.
Sermones quadragesimales. Parisiis in 4. anno 1499.

JACOBUS LOPEZ STUNICA Hispanus circa annum 1520. vixit. vide supra DIDACUS LOPEZ STUNICA.

JACOBUS MALBRANCQUE Audomarensis è Soc. Jesu anno 1600.
De Morinis eorumque rebus ab anno ante Christum CCCIX. ad annum ejusdem DCCLI. Tornaci 1639. 4. apud Adr. Quinquè.

JACOBUS MALDONATUS Sapharensis Hispanus, ex eâ regione, quæ Estramadura appellatur, genere nobilis, Soc. Jesu sacerdos. Dominici à Soto in academia Salmanticensi & Francisc. Toleti discipulus, docuit Romæ & deinde Parisiis. Obiit anno ætatis vixdum quinquagesimô ineunte Romæ anno 1584.
Commentarii in IV. Evangelia Lutetiæ Paris. apud Joannem Billaine in fol. anno 1639. & ibid. fol. anno 1651.
Commentarii in Psalmos: Proverbia: Ecclesiasten: Canticum Canticor. Sapientiam: Isaiam: Jeremiam: Baruch: Ezechielem: Danielem: Psalmum 109. ibid. Sumptibus Sebast. Cramoisy fol. 1643.

JACOBUS MANDELLUS Patritius Albensis, JCtus. Obiit Papiæ anno 1555. ætatis XLV.
Consilia juridica, curâ Vincentii Annibaldi Valentini JCti, qui & vitam præfixit. Francofurti sum-

sumptibus Sigism. Feyerabend in fol. anno 1577.

JACOBUS MARZARUS Vincentinus Historia Vincentina Libris II. Vincentiæ 4. 1604. apud Georgium Græcum. Italicô idiomate.

JACOBUS MAZOCHIUS Bibliopola academiæ Romanæ.

Epigrammata urbis Romæ antiqua in unum collecta. Romæ 1521. fol.

JACOBUS MAZONIUS Cæsenas. Vide de eô Erythræû Pinac. Parte I. num. 38. Imperialem in Museo p. 238. Obiit anno 1603.

Methodus de triplici hominum Vitâ, activâ, contemplativâ & religiosa Libri III. quæstionibus quinque millibus centum & nonaginta septem distincta. Cæsenæ excudit Barthol. Raverius anno 1577.

In universam Aristotelis & Platonis Philosophiam præludia. Venetiis in fol. 1597.

JACOBUS MENTELIUS Medicus Parisiensis.

De verâ Typographiæ origine Tractatus Parisiis 4. 1650.

JACOBUS MICALIA è Societate Jesu. Dictionarium Illyricum. Romæ 8. Typis Congr. de fide propagandâ 1649.

JACOBUS PHILIPPUS OPICELLUS civis Mediolanensis, S. Theol. Doctor. Monumenta Bibliothecæ Ambrosianæ. Mediolani in 8. apud Joannem Jacobum Comum.

JACOBUS PALMERIUS à Grentemesnil, Miles Cadomensis.

Exercitationes in Optimos ferè auctores græcos antiquos. Lugduni Bat. ex officinâ Gaesbeekiorum 1668. 4.

JACOBUS PINO Parisiensis curiæ Senator.

De anno Romanô carmen cum annotationibus. Editio II. Parisiis apud Sebast. Cramoisy 1630.

JACOBUS PRILUSIUS Castrensis Præmisliensis & terrestris Cracoviensis Notarius ac ædilis circa annum 1553.

Leges & Privilegia Regni Poloniæ in Libros VI. digessit & partim Scuczini, partim Cracoviæ excudi in fol. curavit.

JACOBUS PURLILIARUM Comes. Epistolæ familiares; quarum vidi antiquissimam editionem in fol. abs loci & anni notatione excusam.

JACOBUS RIGOS a Mallorcô J. U. D. in Viennensi academiâ olim civilis, deinde Canonici juris interpres & Consiliarius Regius.

In titulum Pandectarum de verborum & rerum significatione Commentarius. Noribergæ apud Endteros in 4. anno 1671.

JACOBUS ROLANDUS de Belebad Chirurgus Salmuriensis.

Aglossostomographia sive descriptio Oris sine linguâ quod per-

perfectè loquitur, & reliquas suas functiones naturaliter exercet. Gallicè, Salmurii anno 1630. Latine autem extat Tomô III. Miscellaneorũ curiosorum cum annot. Caroli Reygers Med. D.

JACOBUS SALIANUS Avenionensis Presbyter e Societ. Jesu.

Annales Ecclesiastici ab Orbe condito ad Nativitatem Christi Tomis VI. annexi sunt Annales Imperiorum Assyriaci, Babylonici, Persici, Græci & Romani. Lutetiæ Paris. apud Sebast. Cramoisy fol. anno 1625.

JACOBUS SBROZZIUS J.U.D. De vicarii Episcopi officio & potestate Tractatus. Venetiis apud Robertum Mejettum anno 1606.

JACOBUS ANGELUS SCARPARIA Narratio historica de vita M. T. Ciceronis, curâ Wolfgangi Peristerii Borussi vindicata Romæ ab interitu. Berolini 1581. Meminit Sagittarius de vita ejusdem Ciceronis pag. 72.

JACOBUS SIMANCA Septimantiticensis (*quæ vulgo Simanca*) ex Senatore Regiô Vallisoletanô Episcopus Pacensis.

Collectanea de Republicâ. Vallisoleti anno 1565.

JACOBUS SIRMONDUS e Societate Jesu, patria Ricomagensis Arvernus. Triplex nummus antiquus, Christi Domini, Perperenæ civitatis, Hanniballiani Regis. Parisiis apud Seb. & Gabr. Cramoisy 1650. 8.

Anti-Tristani duo adversus Joannem Tristanum, qui libellum de triplici nummô impugnaverat ibid. eod.

Vetustissima inscriptio, quâ Lucii Cornelii Scip. Barbati elogium continetur, Romæ reperta & annot. illustrata, additis nonnullis ab Hieronymô Aleandrô. Romæ ex Typogr. Barthol. Zannetti 4. 1617. & Parisiis eôdem an.

Concilia antiqua Galliæ omnia in unum collecta. Voluminibus III. Parisiis 1629.

Prædestinatus sive de Prædestinatianorum hæresi Tractatus Amstelodami in 8. 1645. & deinde Parisiis anno 16[illegible]9.

Historia publicæ pœnitentiæ & de azymô. ibid. 1651.

Quæ in varios antiquos auctores, recens editos, elucubravit, vide suis in locis.

JACOBUS SPIEGELIUS Selestadianus, JCtus Germanus.

Lexicon juris civilis. Basileæ apud Joan. Hervagium. 1554.

JACOBUS de SYLVESTRIS Florentinus. Opus Latinô-Italicum de Cryptographia. Romæ 1526.

JACOBUS TAMARO. De epilepsiæ curatione Liber. Hispali 4. 1589.

JACOBUS de THERAMO Canonicus Aprutinus, circa annum 1385.

1385. Vide Eysengrinii Catalogum f. 149. Consolatio peccatorum sive dialogus de redemptione humani generis. Augustæ Vindel. 1472. per Joan. Schüsler.

Jacobus Philippus Thomasinus, Patavinus, S. Th. D. Episcopus Æmoniensis in Istria.

Petrarcha redivivus sive Francisci Petrarchæ: & Lauræ nobilissimæ fœminæ vitæ & historiæ: addita vita Petrarchæ descripta à Leonardo Aretino, Paulo Vergeriô, anonymô quodam, Jannotiô Manetto, & Ludovicô Beccadello, nec non figuræ quædam æri incisæ Editio II. Patavii in 4. Typis Pauli Frambotti. 1650.

Elogia Clarorum Virorum & effigies. Patavii, apud Donatum Pasquardum 4. 1630.

Elogia & effigies illustrium Virorum Tomus II. ibid. Typis Seb. Sardi anno 1644. in 4.

De publicis & privatis Bibliothecis Patavinis, eorumque MSS. Utini 4. 1639. apud Nicolaum Schirattum.

De publicis & privatis Bibliothecis Venetis eorumve MSS. Typis ejusdem 1650.

De Bibliothecâ & Museo Laurentii Pignorii Liber ad illustriss. Dominicum Molinum Senatorem Venetum. Venetiis 1632. in 4. apud Joannem Petrum Pinellum: & Amstelodami apud Andr. Frisium 4. 1668.

Vita Titi Livii Patavini. Utini 4. 1630. & Amstelodami apud Frisium 12. 1670.

De Canonicis Sæcularibus S. Georgii de Alga. Utini 4. 1641.

De donariis & tabellis votivis Veterum Liber singularis ad Francisc. Barberinum. Utini 4. 1639. & Patavii Typis Pauli Frambotti anno 1654. 4.

De Tesseris hospitalitatis & jure hospitii apud veteres, cum figuris. Utini in 4. an. 1647. & Amstelodami apud Frisium 12. 1670.

De gymnasiô Patavinô Liber. Utini 1654. 4. apud Schirattum.

Prodromus Athenarum Patavinarum ad Cives Patavinos, 1633. in 4.

Parnassus Euganeus sive de Scriptoribus ac Litteratis hujus ævi claris ad Petrum & Jacobum Puteanos FF. Patavii 4. Typis Sebastiani Sardi 1647. Opus mendosissimum appellat Labbæus in Bibliothecâ Bibl. p. 96.

Manus æreæ Cecropii votum referentis delineatio & dilucidatio cum figuris. Patavii Typis ejusdem 1649. & Amstelodami apud Frisium 1670. 4.

Inscriptiones urbis Patavinæ Sacræ & profanæ. Patavii 4. 1649.

Inscriptiones Territorii Patavini cum omissis in priore volumine ibid. 4. 1654.

Oratio de Laudibus B. Hieronymi. ib. 1630.

JACOBUS AUGUSTUS THUANUS Præses Parliamenti Parisiensis, obiit anno 1617. die 7. Maji.

Historiarum Libri 120. Tomis III. comprehensi Parisiis 1610. in fol. apud Drovartos, & deinde

Tomis IV. Francofurti cum continuatione in fol. anno 1625. quæ editio pro optima à nonnullis habetur. Editi etiam sunt Genevæ in fol. anno 1620. Franco furti in 8. anno 1614.

Thuanæa sive excerpta ex ore Jacobi Aug. Thuani per Fratres Puteanos. 1669. in 8.

Plura de eo dicam in Syntagmate de Claris Bibliothecariis.

JACOBUS TIRINUS Antwerpianus, e Soc. Jesu. Obiit in patria anno 1636. ætatis LVI.

Commentariorum in Vetus & Novum TestamentumTomi III. Antwerpiæ Typis Martini Nutii 1632. fol. & ibidem anno 1656.

JACOBUS TRAJECTANUS Monachus Olivetanus in Italiâ.

De modo visitandi & corrigendi subditos: deque ratione inquirendi in eorum defectus. Brixiæ 1500. apud AngelumBritannicum.

JACOBUS TRIBESCUS Brixianus Canonicus Regularis Lateranensis.

Responsiones ad mille quæsita in omni ferè facultate ex operibus D. Augustini excerptæ & in unum congestæ. Venetiis apud Antonium Ferrarium 1583.

JACOBUS TIMÆUS Amersfortius, diœcesis Ultrajectinæ, artium & S. Th. D. Coloniæ in Bursa Laurentiana.

Commentarii in Aristotelem de generatione & corruptione & in Meteora. Coloniæ apud Henricum Qventel 1497.

JACOBUS TYPOTIUS Diestemensis Brabantus, Rodulphi II. Imp. Historiographus. Obiit Pragæ anno 1600.

De Fortuna Libri III. de Justo sive de Legibus L. II. de salute Reipublicæ L. II. de Fama Libri II. Francofurti Typis Palthenianis 1595. 8.

Symbola divina & humana Pontificum, Imperatorum, Regum cum iconibus artificiosis, edente Raphaele Sadelero Pragæ anno 1600. in fol. Tertium adjecit Anselmus deBoodt Brugensis, Medicus Imperatorius. Typis etiam excusa sunt Francofurti anno 1653. in fol. & Arnhemii 1660. in 12.

JACOBUS de VITRIACO natus Argentolii, (*quod est diœcesis Parisiensis oppidum ad Sequanam fluvium*) Ogniaci ad Sabim fluvium diœcesis Leodicensis, Canonicus S. Aug. Episcopus demum Aconensis in Syria, dein Tusculanus & anno M.CC.XXX. à Gregorio IX. S.R.E. Cardinalis

lis creatus. Obiit Romæ anno 1244.

Historiæ Orientalis & Occidentalis Libri III. quorum duo priores Duaci sunt editi anno 1597. 8. Typis Belleri, cum auctoris Vita, ab Andrea Hojô compositâ: tertium Jacobus Gretserus Horto Crucis inseruit. Extant & Tomo I. Historiæ Orientalis à Iacobo Bongarsio publicatæ.

Sermones in Evangelia & Epistolas totius anni. Antwerpiæ anno 1575.

JACOBUS ULFELDIUS Dominus in Ulfeldsholm & Selsou, Regius Consiliarius & Eques Danus.

Legatio Moscovitica sive Hodæporicon Ruthenicum, operâ Melchioris Goldasti. Francofurti apud Mathæum Merianum 1627. in 4.

JACOBUS de VORAGINE sive Viragine, Liguriæ oppido, Præsul Genuensis circa annum 1275. clarus.

Historia Longobardica, vulgò *Legenda aurea* appellata, fabulis pluribus repleta. Vide Vossium de Hist. Lat. lib. II. cap. 60. Prodiit illa Noribergæ per Antonium Koburger anno 1501. in fol.

Expensis circumspecti viri. Joannis Rynman de Oringau archibibliopolæ in officina industrii Henrici Gran imperialis oppidi Hagenavensis civis anno 1516. in fol.

Daventriæ apud Richardum Paefrod in fol. anno 1483.

Basileæ per Nicolaum Kesler anno 1486. in folio.

Ex editione Claudii à Rotâ Dominicani. Rothomagi apud Petrum Regnaud 1546. fol.

Hasce editiones hactenus vidi. Historia Genuensium MS. olim apud Jac. Gaffarellum teste Thomasino libello de Bibliothecis Venetis.

* JACOBUS USSERIUS Dublinensis, anno 1580. natus, Archiepiscopus Armachanus & Hiberniæ Primas, obiit anno 1655.

Antiquitates Britannicarum Ecclesiarum: quibus inserta est pestiferæ adversus Dei gratiam à Pelagio Britanno in Ecclesiam inductæ hæreseos historia. Dublinii in 4. Typis Societatis Bibliopolarum 1639.

Veterum Epistolarum Hybernicarum Sylloge. Parisiis ex officina Ludovici Billaine 1665. 4. & antea Dublinii anno 1632.

Dissertatio de Cainane Londini 1655. Annalium Ecclesiasticorum Tomi II. Veteris ac Novi Testam. Londini 1650. & 1654.

Chronologia sacra & de Symbolis fidei. Oxonii 4. 1660.

De Macedonum & Asianorum anno Solari. 8. Londini 1648.

Historia Gottescalci & de controversia Prædestinatiana 8. Hanoviæ anno 1662.

V 2 De

De Christianarum Ecclesiarum successione & statu. ibid. 8. 1658.

Syntagma de LXX. interpretum versione: & Liber Estheræ ex II. MSS. codicibus Bibl. Arundellianæ editus. Londini 4. 1655.

Epistola de Textus Hebraici Lectionibus. 4. ibid. 1652.

JACOBUS WARÆUS Hibernus. Eques auratus.

De Scriptoribus Hiberniæ Libri II. Prior continet Scriptores in Hibernia natos: Posterior alios, qui in Olibernià munera aliqua obierunt. Dublinii anno 1639. in 4. apud Societatem Bibliopolarum.

De Hiberniâ & antiquitate ejus. Londini 8. 1654.

De Præsulibus Hiberniæ Commentarius, à primâ gentis Hibernicæ ad fidem Christianam conversione, ad nostra usque Tempora. Londini in fol. apud Benjaminum Tooke.

Opuscula S. Patricii edidit. vide infra v. PATRICIUS.

JACOBUS WEMMERS Antwerpianus, Ordinis Carmelitarum.

Lexicon Æthiopicum & institutio Linguæ ejus. Romæ 4. 1638. Typis congreg. de fide propag.

JACOBUS WIMPHELINGIUS Presbyter Ecclesiæ Spirensis circa annum 1500.

Catalogus Archiepiscoporum Argentinensium à S. Amando ad Guilielmum III. Argentorati anno 1508. apud Joan. Grüninger. & curâ Joan. Mich. Moscherosch Argentorati in 4. anno 1651.

Epitome Imperatorum ac rerum in Germania gestarum. Hanoviæ anno 1594.

JACOBUS WINDET Medicus Londinensis.

Epistola de statu vitâ functorum Londini 1663.

JACOBUS ZABARELLA Comes Magnæ crucis, Eques S. Georgii, magnus prior Hierosolymæ, & Ordinis Consul.

Aula Heroum, sive Fasti Romanorum ab Urbe condita usque ad annum Domini 1674. in quibus omnes Romanæ historiæ continentur Libris IV. ad Ferdinandum Mariam S. R. I. Electorem, Ducem Bavariæ &c. Editio II. Patavii Typis Petri Mariæ Frambotti. in 4. 1674.

Gli Arronzi, overo de marmi antichi, & vita di Luciô Arronziô Stella. Patavii 1655. 4.

JACOPONUS Tudertinus, Ord. Minorû sub Bonifacio VIII. clarus, teste Henricô Willotô.

Carmina & alia opuscula pia Italicè. Venetiis apud Bernardum Benalium anno 1514.

JAMBLICHUS Philosophus Platonicus, Juliani Imp. ætate, patriâ Chalcidensis Syrus.

Orationes Protrepticæ ad Philosophiam: & de vitâ Pythagoræ Liber; Græcè ac latinè cum Observa-

ſervationib. Sixti Arcerii in 4. anno 1598. apud Commelinum.

Liber de vita Pythagoræ cum Obſerv. Deſiderii Heraldi. Pariſiis apud Jerem. Perier. 1599.

Alios II. Libros de jusdem vita MS. habuit Lucas Holſtenius, & editionem promittit cap. I. p. 4. vitæ Porphyrii.

In Nicomachi Geraſini Arithmeticam introductionem Commentarius: Libellus item de fato cum notis Samuelis Tennulii græce & latinè. Accedit explicatio Joach. Camerarii in II. Nicomachi Libros. Arnhemii apud Joan. Fried. Hagium 4. 1669.

De myſteriis Ægyptiorum Opus: ex verſione Nicolai Scutelli Eremitæ. Romæ 4. 1556.

Plura de eo vide apud Jonſium de ſcriptoribus hiſtoriæ Philoſ. Lib. III. cap. 16. Voſſium de ſectis Philoſ. p. 16. & 78.

JANNUTIUS MANETTUS Senator Florentinus, & Eques, ſub Nicolao V. Pont. clarus. Obiit Neapoli anno 1459. Vide Voſſium de Hiſt. Lat. Lib. III. c. 7.

Vita Petrarchæ edita primùm à Thomaſino circa finem Petrarchæ redivivi à p. 195.

JANUS MATHÆUS DURASTANTES Philoſophus ac Medicus Sanctojuſtanus.

Problemata dæmones an ſint, & an Morborum ſint cauſæ. Venet. ex offic. Stellæ Jordani Ziletti 1567.

. JANUS HUARTUS de Sant Ivan Hiſpanus, Medicinæ D.

Scrutinium ingeniorum lingua caſtellana. Baezæ anno 1575.

JANUS RUTGERSIUS Dordracenus Belga, natus anno 1589. Conſiliarius Guſtavi Adolphi Regis Suecorum. Obiit Hagæ Com. an. 1625.

Variorum Lectionum Libri VI. Regi ſuo inſcripti. Lugduni Batav. ex Offic Elzeviriana 1618. in 4.

JANUS VLITIUS Belga.

De venatione nov-antiquâ commentarius, additus Poetis Bucolicis Gratio, Nemeſiano & Calpurnio cura ejus editis. Lugduni Bat. 12. 1640.

IBN SORA Jacobita. Libellus adverſus Patricidem MS. ap. Elichmannum Medicum teſte Hottingerô Hiſtoriæ Orient. pag. 229.

R. JEHUDA BEN ELIÆZER alias Polci appellatus, Judæus.

שער יהודה ſive porta Judæ liber ſic inſcriptus, editus à R. Iſaac fil. ejus ante annos LX. ait Seldenus de Uxore Hebr. Lib. I. c. 3. & totus eſt de materie inceſtus, juxta doctrinam Karæorum, quorum pars Jehuda hic inſignis.

JEREMIAS TAYLERUS Cantabrigienſis Collegii Caji S. Th. D. Epiſcopus Dunenſis anno 1666. vixit.

Exemplar magnum ſive hiſtoria vitæ & obitus Salvatoris noſtri, Anglicè. Londini fol. 1657.

S. IGNATIUS Episcopus Antiochenus circa annum LXXI. post natum Ch. electus, Romæ passus est anno XI. Trajani. Vide de ejus sub nomine editis Epistolis Ballarm. de Script. Eccl. p. 41. Possevinum T. I. Apparatus pag. 801. Riveti Criticum libro II. cap. 1. & seq. Olearium abaco & alios. Editæ sunt: Græce cum interpr. Latina Martialis Mestræi. Parisiis 1608. 8.

Græce cum antiquâ versione Latina, apologia pro Ignatiô, & Exercitationibus in eum, operâ Nicolai Vedelii. Genevæ 4. 1623. apud Petrum de la Roviere græcè & latine ex editione Jacobi Usserii. Oxonii 4. 1645.

Græce cum interp. vulgata & cum notulis Jf. Vossii e MS. Bibliothecæ Florentinæ. Amstelodami in 4. anno 1646. de quâ editione ita Leo Allatius dissertatione de Dominicis Græcorum par. 3. *Sed, ut ingenuè fatear, auctor Epistolarum, quæ sub Ignatii nomine sæpius editæ vulgò prostant, semper alias [illegible], tum demum suspicionem adauget. Est enim, pro ea ætate, prolixior, & rebus enodandis exactior, verbosiorq́; quamvis simplex, pius, &, ut illa ferebant tempora, æque ac alii Apostoli, Christum spiret. Vidi apud Is. Vossium juvenem eruditum, & rerum antiquarum studiosissimum, cum Romæ commoraretur, Ignatii Epistolas ex antiquissimo Bibliotheca Florentinæ Codice descriptas, verbis ab editis longè diversas, sententiis ut plurimum similes, breviores tamen succinctiores, efficaciores, ut planè Ignatii ævum referant; adeò ut eas genuinas Ignatii esse dicerem; quæ præ omnium manibus sunt, earum paraphrasin.* Hæc ibi Allatius.

IGNATIUS BRACCIUS Presbyter Recitenensis. Phœnicis effigies in Numismatis & gemmâ quæ in Museô Gvaldinô adservantur, & parietibus indicata, cum ejusdem avis Vindiciis. Romæ Typis Vitalis Mascardi 1637. in 4.

IGNATIUS DIACONUS magnæ Ecclesiæ Constantinopolitanæ, & Metropolitanus Nicææ floruit tempore Irenes & Nicephori Logothetæ sæculô IX.

Vita S. Nicephori Patriarchæ Constant. MS. fuit apud Allatium, qui ejus rei meminit Librô I. de consensu cap. 15. Extat autem apud Hentschenium in Vitis SS. mense Martio.

IGNATIUS MARIA ERNDLIN Constantiensis Lector S. Theol. Ordinis Servorum B. Mariæ Oenipontii in conventu S. Josephi anno 1643.

De Oratione mentali Liber. Oenipontii Typis Wagnerianis 8. 1643.

IGNATIUS a JESU MARIA Ordinis Carmelitarum discalc. Missionarius & Vicarius domus S. Ma-

Mariæ De remediis in Baſſora urbe Meſopotamiæ.

Narratio errorum Chriſtianorum S. Joannis Baptiſtæ. Romæ Typis Congregationis de fide prop. 1652. in 8.

Grammatica Linguæ Perſicæ. ibid. 4. 1661.

S. IGNATII LOJOLÆ Societatis Jeſu Fundatoris, Vita univerſa artificioſiſſimis figuris repræſenta prodiit Romæ in 4.1609.

IGNATIUS GASTOPARDIES e Societate Jeſu. Elementa Geometriæ Pariſiis in 12. anno 1671.

De cognitione Brutorum gallice. ibid. anno 1672. in 12.

IGNATIUS PRAGENSIS Monaſterii Caſſinenſis Prior.

Vita S. Berthârii Abbatis Caſſinenſis & Martyris MS. in Bibl. Joan. Baptiſtæ Mari tali exordiô : *Tempore quo ſacrum Imperium.* &c. Meminit ipſe ad Petrum Diaconum. cap. XII. vide & Labbæum in Bibl. MSS. Librorum p. 3[illegible]5.

ILDEPHONSUS de FLORES Noblexenſis. Commentarius litteralis panegyricus & Moralis in caput XXIV. Eccleſiaſtici. Antwerpiæ 1661. f.

ILDEPHONSUS MENDOZA Hiſpanus, Ordinis D. Auguſtini, Profeſſor Theol. in academiâ Salmanticenſi.

Quæſtiones quodlibetales. Salmanticæ anno 1590.

ILDEFONSUS NUNESIUS. De pulſibus Tractatus. Salmanticæ 4. anno 1606.

ILDEFONSUS POPUS Pincianus. Comentaria in Hippocratis prognoſtica. Matriti 4. 1596.

ILDEPHONSUS Epiſcopus Toletanus, ex Abbate Cœnobii Agalienſis Ordinis Canonicorum Regul. ad mœnia Toletana. Obiit anno æræ Chr. 609. Vide Schotti Bibl. Hiſp. p. 182.

De illibatâ Virginitate S. Dei Genitricis D. Mariæ Libellus. Valentiæ in 8. anno 1556.

INNOCENTIUS III. Romanus Pontifex patria Anagninus, Lotharius antea dictus, circa annum 1200. floruit.

Epiſtolarum Libri cum notis Pauli du May. Pariſiis 8. 1625.

Iidem Libris IV. cum Notis Franciſci Boſqueti JC. Toloſæ fol. 1635.

De contemptu Mundi libellus. Duaci 12. anno 1633.

INNOCENTIUS V. Pontifex M. anteà Petrus Tarantaſienſis, natione Burgundus, Ord. Prædicatorum. Vixit circa annum 1275.

In IV. Sententiarum Libros commentarii. Toloſæ fol. 1652.

JOACHIMUS BRULIUS Ordinis Eremitarum S. Auguſtini.

Hiſtoria Peruana Ordinis ſui, Antwerpiæ in fol. 1651.

JOANNA OTTONIA Gandenſis Po-

Poëtria, Joannis Othonis Viri clarissimi filia, Gvilielmi Mayart in Provinciali quondam Flandriæ consiliô Advocati conjux. Poemata sive Lusus poetici extemporanei. Antwerpiæ apud Gviliel. a Tongris 8. anno 1617.

Joannes Actuarius Medicus Græcus, circa annum Ch. 1130. vixit ut refert Georgius Acropolita cap. 39. Argenterius de Urinis cap. 39. *eum fabulosa multa scripsisse & Oratorum more opus suum extudisse ait.*

De Urinis Libri VII. Ultrajecti in 8. 1670.

Joannes Adelphus Argentoratensis, Medicus Schaffhusanus. Mentionem ejus facit Eysengreinius in Catalogo ad annum 1515. f. 189.

De rebus gestis Friederici Barbarossæ germanice. Argentorati per Barthol. Grüninger 1535. in foliô.

Joannes Baptista Adriani Nobilis Florentinus, natus anno Ch. 1511. Obiit anno 1579.

Historia sui Temporis, usque ad Carolum V. ejusque obitum, Libris XXII. Italice Venetiis 1587. 4.

Joannes Alba Carthusianus. Annotationes selectæ in difficillima utriusque Testamenti loca. Valentiæ 1613. in 4.

Joannes Alvarus Celtiber Monachus Cisterciensis in monasteriò de Vervelà in Aragonia & abbas, deinde Celsonensis in Catalonia Episcopus. Obiit anno 1621.

De vita & miraculis S. Bernardi Libri III. Cæsaraugustæ 4. 1595.

Fundationes omnium Monasteriorum Ordinis Cist. per Regnum Aragoniæ. ibid. an. eodem.

Joannes Andreæ Bononiensis JCtus circa annum 1348. clarus. De arbore consangvinitatis & affinitatis Tractatus. Nonbergæ per Hieronymum Höltzel 1506. in 4.

Idem cum additionibus Joan. Breitenbach, editore Stephanô Gerhardi vulgo Gerdtartium ac Decr. D. Lipsiæ impressus per Baccalaureum Wolffgangum Monacensem in fol. anno 15[illegible]8.

Joannes de Angelis Hispanus. Dialogi de acquisitione spiritualis Regni Dei, Hispanice. Madriti 1595 4.

Joannes Annius Viterbiensis, natus anno 1437. Ordinis Præd. Sacri Palatii Magister.

Libri XVII. antiquitatum: in quibus sunt Fabius Pictor de aureo sæculo, Myrsilus Lesbius de Tyrrhenis, Catonis origines, Sempronius de Italia, Archilochus de Temporibus, Metasthenes, Philo, Berosus, Manetho: quæ omnia suis commentariis illustravit. Sunt autem isti scriptores omnes conficti ab ipso Annio, confer Vossiū Lib. III. de Hist.

Hist. L. III. cap. 8. Varrerii censuram in Psevdoberosum quæ in Bibl. Hispanicâ extat Tomo II. a pag. 386. Becanum Lib. IV. originum Antwerp. p. 340. Possevinum Appar. T. I. p. 811. Excusi sunt isti libelli. Parisiis 1512. in fol. Antwerpiæ apud Steelsium in 8. anno 1552.

Apud Commelinum 1599. 8. Wittebergæ an. 1612. 8.

Reliquas editiones vide apud Hankium de Rom. Rerum Scriptoribus Parte primâ: confer & Placcium ad Joan. Rhodii catalogum Scriptorum suppos. num. XVIII.

JOANNES ANTIOCHENSIS sub Heraclio Imp. floruit.

De antiquâ historiâ Libri XVIII. ex quibus nonnulla dedit Henr. Valesius inter Excerpta Constantini Porphyrog. de virtutibus & vitiis. Meminit & Jac. Gothofredus prolegomenis in Philostorgium: & non pauca exinde Salmasius in Plinianis ad Solinum exercitationibus, compluribus locis adducit. *Sed codex ferme integer* (verba sunt Seldeni Lib. I. c. 12. de succes. in Pontif.) *Librorum ejus XVIII. extat in Bibliothecâ Oxoniensi publicâ: cujus & editionem brevi futuram Speramus.*

JOANNES ARGENTERIUS Castellovensis Pedemontius, Philosophus & Medicus.

Historia de Vitis & gestis SS. omnium, quorum solennitates in congregatione Hispanicâ, per totum anni circulum celebrantur: in Monasterio Vallis Paradisi impressa an. 1603.

JOAN. BAPTISTA ZILETUS Venetus circa annum 1572. clarus, JCtus.

Consilia sive Responsa variorum JCtorum ad Causas criminales pertinentium in II. Tomos collecta. Venetiis apud Bernardinum & Jacobum Ziletos in fol. an. 1572.

JOANNES ZONARAS Monachus Græcus sub Joanne Commenô Imp. floruit circa annũ 1118.

Historia Catholica ab initio M. usque ad Alexii Comneni obitum sive annum CIↃCXVIII. græcè cum interp. Hieron. Wolphii fol. Basileæ ap. Joan. Oporinum an. 1557.

Extat etiam in corpore historiæ Byzantinæ Francofurti anno 1568. in folio edito, & in eodem corpore Lutetiæ an. 1567. ap. Guil. Chaudiere.

Commentarius in Canones

 Apo-

Apostolorum & Conciliorum, græcè & latinè Paris. 1618. in fol.

Expositio Canonicarum Epistolarum SS. Patrum, græcè cum interp. Antonii Salmatiæ Collegii Ambrosiani Mediolani Theologi, unà cum Gregorio Thaumaturgo Parisiis anno 1622. in fol.

JOBI Liber *(de quô plura vide apud Petrum Lambecium Prodromô Hist. Litt. Lib. II. cap. I. Fried. Spanhemium librô peculiari)* Chaldaicè cum interp. Latinâ & Notis Joan. Terentii Franequeræ in 4. 1663.

Latinè ex Hebraicô novissimè versus & scholiis illustratus à Jacobo Phil. Codurco. Parisiis 4. anno 1652.

Græcè στιχηρῶς juxta veram & germanam Septuaginta Seniorum interpretationem ex venerando Bibliothecæ Regiæ codice, curâ Patricii Junii. Londini anno 1637. in folio.

JOBUS LUDOLFUS JC. Consiliarius Sereniss. Ducis Gothani Ernesti piæ memoriæ.

Lexicon Æthiopico-Latinum ex omnibus Libris impressis, nonnullisque MSS. collectum; & cum docto quodam Æthiope relectum. Accessit Auctoris Grammatica & alia nonnulla, curâ & studio Joan. Mich. Wanslebii Mathem. & Orientalium LL. studiosi. Londini apud Thomam Roycroft LL. orientalium Typographum Regium 4. 1661.

JOCELINUS Furnesii in Britanniâ Monachus.

De actis S. Patricii Liber, operâ Cornelii Hugonis Franciscanorum Hyberniæ Provincialis Vicarii Antwerpiæ anno 1514. & deinde in Thomæ Messinghami Florilegio SS. Hyberniæ. *Meminit Usserius in Opere antiquitatum Ecclesiarum Britann.* pag. 816.

JODOCUS COCCIUS Bileveldianus Canonicus & Theologus Juliacensis.

Thesaurus Catholicus, in quo Controversiæ fidei jam olim, nostraque memoria excitatæ SS. Scripturarum, Conciliorum, & SS. tam græcorum, quam Latinorum Patrum testimoniis a Temporibus Apostolorum ad nostram usque ætatem deductâ successione, explicantur: Catholicæ Ecclesiæ consensus perpetuus Tomis II. proponitur. Coloniæ Agrip. apud Wilh. Friessem jun. in fol. anno 1674.

JODOCUS GALLUS Rubeacensis, Opusculum: *Nosce teipsum*, inscriptum. Haidelbergæ an. 1480.

JOHN GERHARD Anglus. The Herbal or general history of plants. London fol. 1633.

JONAS AURELIANENSIS Episcopus, sub Ludovico Pio Imp. circa annum 820. clarus.

De institutione Laicali Libri III. ad Matfredum Aurelianensem Comitem; quos è Bibliothecâ

câ Corbejensi desumptos vulgavit Tomo I. Spicilegii Lucas Dacherius.

JORDANUS de QVEDLINBORG Lector Magdeburgensis.

Opus Postillarum & Sermonum de Evangeliis Dominicalibus. Argentorati an. 1483.

JORDANUS de SAXONIA Ord. Eremit. S. Augustini.

De vitis Fratrum Ordinis sui Libri IV. cum notis Augustini Sabothii Ordinis ejusdem. Leodii Typis Christiani Ouwerx 1625. 8.

JORDANUS Saxo, anno Chr. cIɔccxxI. B. Dominico successit in regimine Ordinis. Hierosolymam tendens, naufragiô periit anno 1236.

Liber de origine Ordinis sui cum Notis M. Antonii MaffæiSalernitani. Romæ anno 1587.

JORNANDES sive JORDANUS ex Notario Gothorum Episcopus Ravennæ, sub Justinianô clarus.

De rebusGeticis Liber primum ex veteri exemplari Petri Pithœi emendatior prodiit una cumCassiodorô à Forneriô recensitô. *MS. autem est in Biblioth. Vindobonensi, vide LambeciumTomo II. p. 46. de eâ.* Editus quoque cum aliisRerum Gothicarum Scriptoribus Bon. Vulcanii & Hugonis Grotii curâ editis.

De regnorum & temporum successione Liber: vel uti est in codicibus MSS. de origine Mundi & actibus Romanorum cæterarumque gentium, teste Vossio de H. Lat. Lib. II. 20. MS. Oxonii in Collegio Balliolensi.

JOSEPHUS de AROMATARIIS Assisinas, Medicus Venetus. Laudat eum Thomasinus in vita Petrarchæ c. 9.

De rabie contagiosâ Libellus, ad illustriss. AlatheamComitissam Arundelliæ & Suriei. Venetiis 4. 1625.

JOSEPHUS BLANCANUS Bononiensis, è Soc. Jesu.

Explanatio locorum Mathematicorum Aristotelis, ex universis ejus Operibus collecta: addita est tractatio de NaturâMathematicarum scientiarum & Clarorum Mathematicorum Chronologia. Bononiæ apud Barthol. Clocium 1615. in 4.

Sphæra Mundi seu Cosmographia. Mutinæ fol. 1635.

JOSEPHUS BRIPIUS. De laudibus Alexii poëma composuit quod Christianus Daumius Epist. LXIV. ad Reinesium se è membranis Halensibus descripsisse ait.

JOSEPHUS BRYENNIUS Constantinopolitanus Monachus, sub Manuele Palæologô vixit, concionibus ad populum habendis præfectus, circa annum 1400.

Orationes de processione Spiritus

ritus S. & alia opera MS. extant Mediolani in Ambrosianâ Bibl. græcè teste Allatio de Consensu Eccl. Lib. II. cap. 18.

JOSEPHUS CASTALIO Anconitanus, Jctus Romanus. Vide ejus Elogium apud Nicium Erythræum in Pinacotheca P. I. num. 97.

De Pacis templo, unde columna exemta in Esquilinum est translata. Romæ apud Jacob. Mascardum 1614. 4.

Explicatio ad inscriptionem Augusti in Obeliscô statutô per Sixtum V. ibid. 4. 1589.

De antiquis puerorum prænominibus ibid. 1594. 4.

De frigidô & calidô potu. ibid. 4. 1607.

Numismatum Ostiensis & Trajani portus explicatio. Romæ apud Jac. Mascardum in 4.

Comm. in Symposii ænigmata & Rutilii Itinerarium vide suis Locis.

JOSEPHUS FALCONIUS Ord. Carmelitarum, S. Th. Professor ac Prior Placentini cœnobii in Cisalpinâ Provinciâ Italiæ. Claruit anno 1592.

Chronicon Carmeliticum. Placentiæ in 4. anno 1595.

JOSEPHUS GELDOLPHUS à Ryckel natus in Oorbecanô prædiô, apud Thenas Brabantiæ Urbem, Canonicus Regularis S. Augustini. Obiit 1642. Vide Andream p. 596.

Vita S. Beggæ, Ducissæ Brabantiæ Andennensium Begginarum & Begardorum fundatricis, Commētariô illustrata: & historia Begginasiorum Belgii. Lovanii 4. 1631. Typis Cornelii Cœnestenii.

Historia S. Gertrudis Principis-Virginis, primæ Nivellensis Abbatissæ Bruxellæ 1637. 4. Typis Godef. Schovartii.

Patriarchæ familiarum religiosarum & suppares eorum. ibid. 1641. 8.

JOSEPHUS GLANVILL Rector Thermarum & Socius Regiæ Societ. in Angliâ.

Philosophia pia *sive* discursus religiosi moderaminis & intentionis Philosophiæ Experimentalis, quam profitetur Societas Regia. Londini anno 1671.

Progressus & promotio scientiæ à Temporibus Aristotelis; in enarratione quarundam maxime notabilium inventionum novarum, earumque utilium. Londini in 8. pro Jacobô Collins, Anglice. *Confer acta Anglicana anni M. DC. LXVIII. pag. 171.*

JOSEPHUS ANTONIUS GONZALEZ de Salas, Hispanus, Eques.

De duplici viventium Terrâ Dissertatio. Leydæ 4. 1650.

Commentarius in Petronium. vide infra v. PETRONIUS.

JOSEPHUS BEN GORION scriptor dubiæ fidei. Vide de eô Vossium de H. Gr. Lib. II. c. 8.

Hi-

Historia Judaica Hebraicè cum observ. & versione Seb. Münst. Basileæ 1541. f. apud Henr. Petri. *quæ editio mutila est, integrior autem Veneta anno 1544. edita.*

JOSEPHUS GRUNEPECK Presbyter.

Speculum naturalis, cœlestis & propheticæ visionis omnium calamitatum, tribulationum & anxietatum, quæ super omnes status, stirpes & nationes Christianæ Reip. proximis Temporibus futuræ sunt. Noribergæ anno 1508. Quædam inde habes apud Dietericum in addit. ad Flaciũ n. 419.

JOSEPHUS Mathathiæ filius, Judæus, natus anno I. Caji Caligulæ, sectâ Pharisæus; Historicus prænobilis, & ob ingenii ac eruditionis gloriam Romæ statuâ decoratus. Sub Nerone & deinceps Sub Vespasianis potissimum floruit. Prolixè de eô agit Vossius locô paullô ante citatô, & qui de scriptoribus Eccl. agunt, eum non omittere solent.

Opera omnia: Libri VII. de bellô Judaico: antiquitatum Judaicarum Libri XX. ab Orbe conditô, ad annum Neronis XII. De vitâ propriâ Liber: Libri II. contra Apionem gentilem: de Macabæis, *sive de imperio rationis* Liber: simul sæpius Typis impressa sunt. *Confer Joan. Andreæ Bosii dissertationem de Periocha Fl. Josephi de Jesu Christô.*

Laudatur inter illas Genevensis editio gr. & latinè in fol. anno 1611. & deinde anno 1634. vulgata, emendata olim à Sigis. Geleniô.

Eadem Rabbinorum quorundam Opera Germanicè translata sunt & Pragæ anno 367. Christi 1607. excusa, quorum sub finem hæc leguntur:

Alhie hat das Buch ein End/
Aß uns haschem mit barech Maschiach bald send/
Und unser beth hammichdasch wieder bawen
Besser den die beyde die mir drinnen trawen. Amen.

R. JOSEPHUS KARO, Judæus. *Schylchan Aruch* sive Libri Arba Turim compendium, in IV. partes distributum, & novellis glossis R. Mosis Iserles, qui quæ Karo omiserat, adjecit, locupletatum. Cracoviæ 1616. 4. *Theodor. Dassovius præfat. de Judæorum sententiâ de resurr. diatribes.*

JOSEPHUS LAURENTIUS S. Th. D. patriâ Lucensis Italus, *discipulus Justi Lipsii* vocatur à Thomasinô de donariis p. 8.

Amalthea onomastica, Latinô-Italica & Italicô-Latinâ. Lucæ in 4. anno 1640.

Polymathia sive de variis antiquis ritibus in Nuptiis, Sacris, funeribus &c. Lugduni fol. 1666.

JOSEPHUS LENTUS. Clarorum Asculanorum præclara facinora. Romæ Typis Mascardi, 1622. 8.

JOSEPHUS MANSUS Congregationis Oratorii Romani Presbyter.

Locupletissima Bibliotheca moralis prædicabilis Tomis IV. Moguntiæ sumptibus Joan.Bapt. Schönwetteri in fol. anno 1670. & seqq. usque ad 1674.

JOSEPHUS MARIA MARAVIGLIA Mediolanensis, Clericus Regularis, in academiâ Patavinâ circa annum 1663. Ethices Professor.

Leges doctrinæ è Sanctis Patribus. Venetiis 24. an. 1660.

Proteus Ethico-Politicus seu de multiformi hominis statu. ib. f. 1660.

Legatus ad Principes Christianos 12. ib. 1665.

Psevdomantia Veterum & recentiorum explicata. fol. ib 1662.

Errori de savi consagrati à Minerva 12. ib. 1662. & 4. Romæ 1667.

JOSEPHUS PAMPHILUS Veronensis, Ordinis Augustinianorum, Episcopus Signinus anno 1579.

Chronicon Ordinis FF. Eremitarum S. Aug. ad annum usq; 1575. Romæ anno 1581.

De sacris ritibus apud Veteres Pontifices in conficiendis & administrnadis Baptismi, Chrismatis & S. Evcharistiæ Sacramentis L. III. ib.

JOSEPHUS PHAVORINUS. De hominis excellentiâ Tractatus. Perusiæ anno 1607.

JOSEPHUS PONNUS. De curandis febribus Liber. Panormi 4. anno 1603.

JOSEPHUS RICCIUS Clericus Regularis congregationis Somaschæ.

Conciones militares & Senatoriæ ex ejus Bellis Germanicis & rerum Italicarum narrationibus ad majus Eloquentiæ studentium commodum collectæ. Venetiis ap. Hertzium 1655. 8.

Narrationes Rerum Italicarum sui Temporis. 4. ib. eôd. an.

JOSEPHUS SACERDOS sive Presbyter ægyptius, sub annum Hegiræ 790. *id est* Christi 1400.

Collegit & præfatione auxit varia Concilia Arabicè, e veterum Christianorum quæ aut periere, aut in Occidentem nondum pervenere Monumentis sive Græcè sive Syriace Scriptis, translata, quæ in Bibliothecâ publicâ Oxoniensi superesse tradit Seldenus in observ. ad periocham Evtychii Patriarchæ p. 71.

JOSEPHUS SCALIGER Aginnensis Gallus, Julii Cæsaris Scaligeri filius, Lugduni Batavorum vixit, ubi & obiit anno 1609. 12. Calend. Febr. Plura de eô vide *apud Joan. Meursium in Athenis Batavis: Dominicum Baudium in Oratione funebri ei habita; Josuam Arndium libellô de genealogia Scaligerorum. Colomesium in Galliâ Orientali.*

De emendatione Temporum Opus.

Opus. Lugduni Bat. apud Christoph. Raphelengium. 1598. in fol. & Coloniæ Allobrogum 1629. in fol. typis Roverianis.

Epistolarum Volumen. Lugduni Bat. 1627. in 8. apud Elzevirios.

Com. in Eusebii Chronicon. vide supra v. EUSEBIUS.

Comm. in Manilium. V. infra.

Scaligeriana sive Excerpta ex Ore ejus per FF. Puteanos, quæ Claudius Sarravius ex eorum schedis descripsit, alius vero in ordinem alphabeticum digessit. Hagæ-Comitis apud Adr. Vlacq. 1668. 8.

Epistola in Fabium Paulinum Utinensem, sub Yvonis Villiomari nomine Parisiis 1587. 4.

Animadversiones in locos controversos Roberti Titii sub eôdem nomine. apud Commelinum 1597. in 8.

De vetustate & splendore gentis Scaligeræ Epistola. Lugduni Batav. ap. Raphelengium 1594.

Hyppolyti Canon Paschalis cum Commentariis Jos. Scaligeri. ib. 1595.

Opuscula varia antehac non edita, ex editione Js. Casauboni. Parisiis in 4. an. 1610. & deinde Francofurti ad Moenum apud Hermannum à Sande in 8. 1664. inter quæ hæc ferè præcipua:

Animadversiones in Melch. Gvilandini Com. in Plinii III. capita de Papyrô Lib. XIII. Notitia Galliæ.

Diatribe de Europaeorum Linguis.

Expositio Numismatis argentei Constantini Imperatoris.

Annotationes in initia Orphei.

Poëmata quædam, Epigrammata, dissertationes & Epistolæ.

De re Nummariâ dissertatio: liber postumus ex Bibliothecâ Academiæ Lugdunensis Bat. editus à Willebrordô Snelliô. Lugduni Bat. ex offic. Raphelengii 1616. in 8.

Festus de Lingvâ Lat. cum ejus Observationibus. Parisiis in 8. 1584.

Libri II. Lectionum Ausonianarum: unà cum Ausoniô sæpius editi.

Vita Julii Cæsaris Scaligeri Patris sui. Lugduni Bat. 1594. in 4.

Cyclometricum & Mesolabium. Lugd. Bat. in fol. 1594.

JOSEPHUS SILOS Clericus Regularis Theatinus, *eruditus Chronologus* Kirchero in descrip. LATII p. 143.

Annales Clericorum Regularium Theatinorum Tomis II. Romæ in fol. anno 1650.

JOSEPHUS MARIA SVARESIUS Avenionensis, Episcopus Vassionensis, circa annum 1630. vixit.

De foraminibus in ædificiis antiquis hodieque conspicuis diatribe. Lugduni apud Gvil. Barbier 1652. 8.

Præ-

Prænestes antiquæ cum pluribus figuris. Romæ 1655. in 4.

JOSEPHUS VICECOMES Presbyter Collegii Ambrosiani Mediolanensis circa annum 1612.

De antiquis Baptismi ritibus Opus. Mediolani in 4. an. 1615.

JOSEPHUS ZARLINUS da Chioggiâ sive Clodiensis Italus.

Institutiones Musicæ Linguâ Italicâ Venetiis anno 1580. in fol.

JOSIAS SIMLERUS Tigurinus. Bibliotheca collecta à Conrado Gesnero, deinde in Epitomen redacta & novorum Librorum accessione locupletata, jam verò postremò recognita & in duplum aucta per Josiam Simlerum Tigurinum. Tiguri in fol. apud Christoph. Froschoverum 1574.

S. IRENÆUS Episcopus Lugdunensis, Martyr factus, sub Commodo Imperatore & Eleutherio Rom. Pont. clarus, circa annum Chr. 180. *Vide Labbaum de Script. Eccl. Possevinum in Apparatu pag. 971. T. I. Bellarminum p. 50. de Script. Ecc.*

Opera adversus Gnosticos, & alia quædam, cum argumentis & Variis Lect. Joan. Jac. Grynæi. Basileæ per Eusebium Episcopium anno 1571. in 8.

Eadem cum fragmentis græcis, ex edit. Francisci Fevardentii. Parisiis fol. anno 1639. *quæ optima editio.*

ISA BAR ALY Arabs.

Lexicon Syro-Arabicum. Citat illud in scriptis suis Hottingerus, *ineditum hactenus.* Vide ejus Historiam Orientalem pag. 152.

R. ISAAC ABARBENEL Judæorum Doctor celebris. *Plura de eo Spizelius in specimine Bibl. Univ.*

Commentarius in Prophetam Haggai latinè versus, & Trifolio suo insertus est à Joan. Adamo Scherzero Professore Theol. Lipsiensi, anno 1663. Lipsiæ in 4. editô.

In Prophetas majores & minores Comm. Hebraicè fol. Amstelodami.

Com. in caput XXX. Esaiæ cum vers. Const. l'Empereur 8. Leidæ 1631.

R. ISAAC ALPHES σύγχρονος R. Salomoni Jarchi. Obiit in Urbe Alvesinâ annô à creatione 4863. *Christi 1103.* Epitaphium ei positum habet R. David Ganz Parte I. Tzemach fol. 54. col. 1. malè translatum à Vorstio, emendatum à Joan. Ben. Carpzovio in observat. ad Schickardum de Jure regio p. 87.

Liber ejus *Alphesi* inscriptus cum Com. Raschi typis eleg. prodiit Amstelodami anno 403. *id est* Chr. 1643. apud Imman. Benbenisti. Vide de eo Plantavitii Bibliothecam Rabbin. num. LVII. f. 554.

ISAA-

ISAACUS BARROW Anglus, Collegii S. Trinit. Cantab. Socius, Metheseωs Professor, & Societatis Regiæ Sodalis.

Lectiones XVIII. Cantabrigiæ habitæ, in quibus opticorum phænomenωn rationes investigantur & exponuntur. Lectiones item XIII. de lineis curvis. Londini 4. 1669.

ISAACUS LINGONENSIS Episcopus sub Carolo Calvo circa annum 870.

Prolixa in Canonem Missæ Epistola è codice Corbeijensi edita à Dacherio Tomo I. Spicilegii à paginâ 345. seqq.

ISAACUS PEYRERIUS Gallus Libelli de Præadamitis auctor; qui lucem vidit Amstelodami, à Danhawero, Hilperto, Ursino, Eusebio Romano, & aliis refutatus. Sed & ipse Peyrerius auctor ejus, sententiam suam quam in hoc scripto defenderat, *multis ac magnis propositis præmiis & pœnis*, teste If. Vossio libello de ætate Mundi, dein deseruit, edita etiam ad Summum Pontificem deprecatione & recantatione, quæ Romæ primùm post & Francofurti ad Mœnum in 12. anno 1658. lucem vidit.

De Grönlandia Tractatus Gallicus. Parisiis abs auctoris nomine anno 1647. editus *laudatur à Bocharto in Hierozoico Libr. III. cap. 27.*

ISAACIUS PORPHYROGENNETA auctor Græcus incertæ ætatis.

De prætermissis ab Homero liber græcè & latinè editus à Leone Allatio in excerptis Græcorum Rhetorum ac Sophistarum Romæ 1641.

Partem ejus Operis, de characteribus *scilicet* sive lineamentis Græcorum & Trojanorum, qui ad Trojam convenerant; ex Bibliotheca Amstelodamensi exscripsit ac cum tralatione sua & notis edidit Janus Rutgersius Lib. V. cap. 20. Var. Lect.

R. ISAACUS BEN SIMSON Judæus. Comm. in Psalmos: cui commentarius in Proverbia & Libros Samuelis in calce annexus est, *MEDRASCH Schechad Tof* inscribitur totum Opus. Pragæ 1613. in fol. *Dassovius in præf. supra allegati Operis b. 4.*

ISAACUS VOSSIUS Gerardi Joannis filius, Batavus, Natus Lugduni Bat. anno 1618. Ordinum Hollandiæ Historiographus.

Scylacis Periplus Latinè redditus. Vide infra v. SCYLAX.

Notæ in Justinum. Leidæ 1640. 12.

De Lucis Naturâ & proprietate 4. Amstelod. apud Elzevirios 1662.

De Nili & aliorum Fluminum origine 4. Hagæ-Comitis apud Adrianum Vlacq. an. 1666.

IdemLiber Gallicè redditus Parif. ap.Ludov. Billaine 4. 1667.*Eſt autē ſcriptus adverſus Dn. de la Chambre.*

De motu marium & ventorum Liber 4. Hagæ 1663. ap.eundem.

De LXX. Interpretibus: cum appendice 4. ib. 1661.

Com. in Pomponium Melam.

De verâ ætate Mundi diſſertatio, quâ oſtenditur, Natale Tempus mundi annis minimum 1440. vulgarem æram anticipare. Hagæ Comitis ex Typ. Adriani Vlacq. 1659. 4.

Caſtigationes ad Scriptum G. Hornii, de ætate mundi; cum auctario 4. ibid. 1659.

R. ISAAC WOLFF Judæus, filius R. Meir.

Sepher Pirke Schira ſive Commentarius in varia Scripturæ loca, unà cum fratris ejus R. Simon Wolff additionibus, prodit Venetiis anno 1664. in 4. *ubi cælo, aquis, plantis, animalibus, avibus &c. ſcripturæ dicta quaſi per Proſopopoeiam aſſignantur & explicantur.* Daſſovius operis citati præf. c. 1.

ISBRANDUS de DIEMERBROECK Medicinæ & anatomiæ Profeſſor in Acad. Ultrajectinâ circa an. 1672.

Anatomia corporis humani, pluribus novis inventis inſtructa. Ultrajecti ſumptibus & Typis Meinardi à Dreunen 1672. in 4.

ISIDORUS HISPALENSIS Epiſcopus, ab anno 596. ad 636.

Confer de eo Bellarminum pag. 172. Poſſevinum T. I. Labbæum & alios.

Opera omnia cum Obſervationibus Garſiæ Loayſæ Grialii & Jacobi du Breul Monachi S. Germani à Pratis. Pariſiis in fol. ap. Seb. Nivellium an. 1601. *Editio bona.*

Opuſcula nondum antea edita vulgavit Conſtantinus Cajetanus, & inſcripſit Philippo III. Hiſpaniarum Regi. Romæ in 4. 1616.

De ordine Creaturarum Liber ad Braulionem Epiſcopum Cæſarauguſtanum primum editus à Dacheriò Tomo 1. Spicilegii.

ISIDORUS MOSCONIUS Peruſinus JC. Archiepiſc. Bononienſis in Spiritualibus Vicarius.

De Majeſtate militantis Eccleſiæ, de religionis ſtatu; de perſonarum omnium in Eccleſia exiſtentium nec non ſæcularium Principum religione. Venetiis in 4. ap. Joan. Bapt. Ciottum & ſocios 1602.

ISIDORUS PELUSIOTA Presbyter Ægyptius, Joannis Chryſoſtomi diſcipulus, circa annum 432. clarus.

De nterpretatione divinæ Scripturæ Epiſtolarum Libri IV. quorum III. priores cum interpretatione Cl. Viri Jacobi Billii Prunæi primùm ante annos XX. Pariſiis prodiere: jam verò ſub prælum revocati MS. Codicis Bavarici ope, plurimis in locis inſigniter au-

cti, suppleti, correcti sunt: quartus nunc primum exit novus ex eodem Codice Bav. cui Venetus in Bibliotheca S. Marci respondet, descriptus & Latinus factus à Conrado Rittershusiô JCto, qui & notas adjecit. Ex officina Commeliniana fol. 1605.

Opera omnia græcè & latinè in fol. Parisiis an. 1638.

ISIDORUS UGRIOGIERUS. Le Pompe Sanesi, delli homini & donne illustri de Siena. Pistorii anno 1649. in 4.

ISMAEL IBN ALI Arabs Muhamedanus, Historicus percelebris.

Historia ejus MSS. reperitur Oxonii in Bibl. pub. teste Seldeno ad periocham Eutychii pag. 71.

ISMAEL BULLIALDUS Mathematicus Parisiensis. Rhodius ad Scribonium p. 332. eum græcarum Litterarum eximium vocat cultorem.

Astronomia Philolaica, in quâ Philolai Pythagorici opinionem de motu Terræ diurno defendit, de vero Mundi systemate, *doctum opus ac laboriosum* Menagio ad Laertium p. 227. fol. Parisiis an. 1641.

Thii Mathematici quædam è codice regio edita. ibid. anno eod.

Theonis Smyrnæi arithmetica cum notis. Vide infra v. THEON.

Pro Ecclesiis Lusitanicis ad Clerum Gallicanum Libri II. Dissertatio item de populis Fundis, edente Joan. Albertô Portnerô. Argentorati 1670. in 8.

De natura Lucis 4. ibid. 1638.

De judicandi facultate & animi Principatu. 4. ibid. 1663.

Ad Astronomos monita duo Parisiis ap. Seb. Mabre-Cramoisy. *Vide Ephemerides Gallic. P. III. p. 10.*

ISMAEL ABI ELPHADA aliàs Abylfeda Princeps Emisenus in Syria & Hamathæ Dynasta circa annum Chr. 1345. Vide Mulleri Chatajam p. 4.

Directorium Regionum sive Geographia Arabice MS. Oxonii ap. Joan. Gravium teste Hottingero in Bibliothecariô pag. 31. & in Bibl. Cæsareâ Vindobonensi, ubi inscribitur: *Cosmographia secundum gradus longitudinis ex diversis antiquis Arabicis auctoribus collecta.* Vertit illud Latinè Guil. Schickardus, quod fatetur Jo. Fabricius in specimine Arabico p. 99.

ISO Monachus Magister vulgò dictus, cœnobita S. Galli. Obiit anno 871. teste Hepidanno in annalibus Monasterii S. Galli.

De virtutibus ac miraculis S. Othmari Libri II. quos Goldastus inter Scriptores Rerum Alemannicarum vulgavit, Tomo II.

Lexicon Latinum ex veteribus Glossariis collectum MS. in Bibl. S. Galli & Constantiæ in Bibliothecâ Cathedrali, teste Goldastô præfatione ad Tomum II. dicti operis.

Ejus quoque puto esse Glossas sub Isonis nomine, in Prudentium à Weitzio publicatas.

ISOCRATES Rhetor græcus, circa Olymp. XCVI. clarus.

Opera græcè & latinè ex interp. Hieronymi Wolfii in fol. ap. Henricum Stephanum an. 1593.

Eadem græcè & latinè apud Paulum Stephanum anno 1604. quæ optima editio.

ISRAEL ERLANDUS. De vita S. Erici Regis Sveciæ Liber, ejusdemque miraculis, cum Notis Joan. Schefferi. Holmiæ 1675. 8.

R. ISRAEL filius R. MOSIS Disputatio Cabalistica de animâ editore Josepho de Vossin & interprete. Parisiis anno 1635.

S. JUDÆ Epistola Syriacè, additô charactere Hebræô, Textu græcô & versione Latinâ, curâ Edoardi Pocockii prodiit è MS. Bibliothecæ Bodlejanæ. Lugduni Bat. 4. 1630.

Judæorum Excitabulum matutinum, Liber sic inscriptus, auctore anonymô Gallô, cui per anagrammatismum, *Habite en Sion*, nomen occultare placuit, editus est Ebroduni anno 1663. in 8. Meminit Rumetschius libello de Turcis pag. 39.

Julianus Gosellinus. Vita Ferdinandi Gonzagæ Principis Amalfitani Linguâ Italicâ. Meminit ejus Philippus Camerarius Centuriâ I. Meditationum Hist. num. 5. dicitque *diligenter & eruditè scripsisse, Librumque propter multas res memorabiles & consilia prudenter explicata, quæ alibi non reperiantur, utilissimum esse.*

JULIANUS Imperator ὁ παραβάτης, Constantii, *Constantini M. filii,* successor an. 361. Vide de eô Lambecii Tabulas successionis Impp. unà cum Prodromô Hist. Litt. editas. Voss. de H. Gr. L. II. 18.

Opera omnia: *Satyra in priores Imperatores: Epistola: Misopogon: De Regnô Liber: hymnus in Solem,* græcè & lat. cum interp. Latinâ & Notis Dionysii Petavii, Caroli Cantoclari, Petri Martinii & Nicolai Rigaltii. Parisiis Typis Sebast. Cramoisy 1634. in 4.

JULIANUS TOLETANUS Archiepiscopus, obiit anno Ch. 690. Vide Bellarm. pag. 175. Possevin. Tomô I. apparatus p. 985.

Prognosticon *sive* de futurô sæculô Libri III. editore Joanne Cochlæô. Lipsiæ in 4. anno 1536.

Idem editore Boetiô Epone Belgâ. Duaci 1564. in 4. apud Ludovic. de Winde.

JULIANUS VIVIANUS Pisannus, J. U. D. Primatialis Ecclesiæ Pisanæ Decanus & Protonotarius Apostolicus.

Praxis Juris Patronatus, editore Joan. Dominicô Franzinô fol. Venetiis anno 1452.

JULIUS ANTONIUS BRAN-

BRANCALASSUS. Philosophia Regia. Neapoli 1609.

JULIUS CÆSAR BULENGERUS Gallus, Lodunensis, S. Th. D. è Societate Jesu, obiit Cadurci Septuagenariô major anno 1628. Vide Alegambe Bibl. Jesuit. pag. 287.

De Imperatore & Imperiô Romanô Libri XII. cum duplice appendice, de officiis Regni Galliæ, & Ecclesiæ Constantinopolitanæ. Lugduni fol. 1618. ap. Rovillium.

Opuscula Tomis II. digesta, quorum prior continet: de instrumentis Templorum Lib. III. de totâ ratione divinationis Lib. VI. de oraculis, sortibus, auguriis, auspiciis, ominibus, prodigiis, terræ motu, & fulminibus Libros VI. de magiâ licitâ & vetitâ L. III. Posterior verò de spoliis, tropæis, arcubus & pompâ triumphali Lib. I. de Circô, ludisque Circensibus Lib. I. de Theatrô L. II. de venatione Circi & amphitheatri Lib. I. Lugduni per Pillehotte in f. an. 1621.

De Conviviis Liber. Lugduni in 8. anno 1624.

De pictura, Plastice ac statuariâ L. II. ib. 1627. 8.

JULIUS CASSERIUS Placentinus, Medicus & Anatomicus.

De Visus, auditusque organis Historia anatomica. Ferrariæ ap. Victorium Baldinum 1600. f.

JULIUS CHIFLETIUS, Joan. Jacobi filius, Ecclesiæ Metropolitanæ Vesontinæ Canonicus.

Audomarum obsessum & liberatum. anno 1638. Typis Plantinianis in 12.

Commentarius de cruce Andreanâ in Ariensi obsidione cœlitus ostensâ ib. 1642. 12.

JULIUS CÆSAR CLAUDINUS Medicus & Philosophus Bononiensis, & Medicinæ practicæ ib. Professor.

Consultationes Medicæ, Venetiis an. 1607.

De ingressu ad infirmos Commentarius, editore Quirinô Cnoglerô Austriaco. Bononiæ anno 1612. & Venetiis in 4. 1663.

Empyrica Rationalis II. vol. Bononiæ in fol. an. 1653.

De diebus criticis ac crisibus Tractatus. Basileæ 1620. in 8.

JULIUS CÆSAR CRISPUS Sanctamauras, Patritius, Cyprius, S. Th. D. Gratulatio ad illustriss. & Reverend. Dn. Nicolaum Troillum à Lessoth. Romæ 1606. in 8.

JULIUS FERRETTUS. De antiquâ instaurandâ & illustrandâ militiâ. Ravennæ 1538. in fol.

JULIUS FIRMICUS MATERNUS Vir consularis, sub Constantinô & Constante Impp. ad quos ejus extat

De Religionum profanarum erro-

errore Liber, qui cum Notis Joan. à Wower anno 1603. in 8. excusus est, & deinde Lugduni Bat. ex officinâ Justi Livii anno 1645. in 12. Sæpius quoque una cum Minutio Felice prodiit.

JULIUS FULCUS. Eorum qui vel eleemosynas erogarunt ad mirabiles fructus, vel de Eleemosynâ scripserunt insignes sententias in unum collegit Romæ in 4. apud Victorium Elianum 1574.

JULIUS CÆSAR primus Romanorum IMPERATOR natus anno ab U. C. 654. Vide Casaubonum ad Svetonium p. 6. Imperare cœpit ab U. C. 706. occisus ab U. C. 710. De Scriptis ejus prolixè Vossius de Hist. Lat. lib. I. cap. 13.

Opera omnia ex emendatione Lucæ Olchinensis artium & LL. Professoris, inscripta Rosello de Rosellis. Index qui Subjicitur compilatus est per Raimundum Marlianum. Venetiis per augustinum de Zannis de Portesiô an. 1517. in fol.

Eadem ex edit. Joannis Jocundi Veronensis. Lugduni apud Theobaldum Paganum 1545. in 8. Cum variorum Notis editore Arnoldô Montanô. Lugduni Bat. 8 1651. apud Adrianum Wyngaerden.

Opera emendata: accedit vetus interpres Librorum VII. de bello Gallicô ex Bibl. Pauli Petavii: Notæ item, adnotationes, Commentarii, *Rhellicani, Glareani, Glandorpii, Camerarii, Bruti, Manutii, Sambuci, Ursini Ciacconii, Hottomanni, Brantii,* operâ & studiô Gothofredi Jungermanni Lipsiensis. Francofurti apud Cl. Marnium & hæredes Joan. Aubrii in 4. anno 1606. *qua optima est editio* recusa nuper ibid. sumptibus Joan. Davidis Zunneri. anno 1669. in 4.

JULIUS NIGRONIUS Genuensis, Soc. Jesu Præpositus Mediolanensis, ubi anno 1625. ætatis 71. obiit. V. Alegamben p. 292.

Dissertatio Subcessiva de caligâ veterum, ex S. Scripturâ, Jure civili, Latinis scriptoribus & lapidibus vetustis. Mediolani 12. 1617. Dilingæ apud Udalricum Rem 1621. 8.

Historica disputatio de S. Ignatiô Lojolâ Soc. Jesu fundatore, & de B. Caetanô Thienâ institutore Ord. Clericorum Regularium. Coloniæ 4. apud Joan. Kinckium 1631.

JULIUS CONRADUS OTHO sub initium hujus sæculi, è Judæô Christianus factus, cùm aliquamdiu Linguam Hebræam in Academiâ Altorphinâ professus esset, veram fidem deinde rursus deseruit, teste Wagenseiliô in Com. ad Librum Thalmudicum *Sota.*

Gali

Gali Razia Liber sic inscriptus, ab eô compositus, cum adhuc Professor esset, adversus Judæos, Latine & germanice Norибergæ in 4. annô 1605.

JULIUS POLLUX temporibus Commodi Cæsaris clarus, cui Onomasticum suum inscripsit, quod Basileæ apud Balthas. Lazium græce anno 1536. lucem vidit.

Græcè cum interp. Latinâ Rodolphi Gvaltheri, & annot. Wolfg. Seberi, Francofurti in 4. anno 1608. apud Aubrios, *quæ optima editio*.

JULIUS POLLUX alius à præcedenti & Christianus. Chronicon contexuit à condito Orbe, usque ad imperium Valentis. MS. græcè in Bibliothecâ Bavaricâ, cujus meminit Jac. Cretserus Tomô II. de Cruce p. 580. deque ejus editione Spem facit.

JULIUS RECALCHUS Medicinæ in acad. Ferrariensi Professor. De Febre Typhode Tractatus. Ferrariæ 1631. in 8.

De Lue Sarmaticâ consultatio, sub Lucii Lælii Fulginatis nomine. ibid. 1600. in fol. *confer Placcium* ad Indicem Psevdonym. Rhodii.

JULIUS CÆSAR SCALIGER Benedicti, militis fortissimi, ex antiquissimâ & nobilissimâ Scaligerorum Principum quondam Veronensium familiâ oriundi, filius, natus in castrô Ripa, ad caput lacus Benaci, an. 1484. Criticus acutus, Poëta excellens, Philosophus & Medicus insignis, obiit Aginni Nitiobrigum anno 1558. ætatis 74. mens. VI. Vide Theodori Bezæ icones ill. Virorum.

Epistolæ, orationes & alia quædam e MS. curâ Maussaci edita. Tolosæ anno 1621.

Exercitationes adversus Hieronymum Cardanum, quarum optima editio est, quæ Lutetiæ Parisiorum apud Mich. Vascosanum in 4. anno 1557. prodiit.

Poëmata omnia in II. partes divisa. 8. in Bibliopoliô Commelinianô anno 1621.

Commentarii in Aristotelis historiam animalium. V. supra ARIST.

Commentarius in Theophrasti Eresii historiam plantarum. Lugduni anno 1584. 8.

Poëtices Libri VII. Lugduni apud Antonium Vincentium 1561.

JULIUS SERENIUS Brixianus Philosophus.

De fatô Libri IX. quos eruditos vocat Naudæus diss. de fato pag. 223. in fol. Venetiis 1563.

C. JULIUS SOLINUS Grammaticus, incerti Temporis auctor.

Polyhistor (*sic in MSS. Opus ejus nuncipatur*) quem ferè totum ex Plinii Historiâ Naturali compilavit, teste Vossiô librô de philologia

giâ pag. 57. De ætate videatur idem Vossius L. III. p. 720. de Hist. Lat. Typis autem impressus prodiit. Brixiæ anno 1480. ubi inscribitur: *mirabilia Mundi.*

Cum Commentario Joannis Camertis Viennæ anno 1520.

Cum Notis Martini Antonii Delrio Antwerpiæ Typis Plantin. 8. 1571.

Cum Exercitationibus Plinianis, Claudii Salmasii in fol. Tomis II. Parisiis 1629.

JULIUS CÆSAR VANINUS Neapolitanus, unde in Galliam profugus factus, cum Lutetiæ atheismi semina sparsisset, Tolosæ linguâ exsectâ Vulcano consecratus fuit. Confer de eô *Gramondum Historia Gallicæ Lib. III. ad an. 1619. Mersennum Com. in Genesin pag. 671. Clementem in Museo p. 263. Anton. Reiserum de atheismô p. 256. Spitzelium de radice atheismi p. 50. Bornmeisterum in Pharô pag. 301.*

De admirandis Naturæ Reginæ Deæque mortalium arcanis Libri IV. Lutetiæ Paris. apud Adrianum Perier. 1616. in 8.

Amphitheatrum æternæ Providentiæ divino-magicum. Lugduni annô 1615.

JUNIUS PHILARGYRUS. Notæ ad Catonem, Varronem & Columellam de Re rusticâ. Romæ 1587. 8.

* IVO in agrô Bellovacensi natus, ex Abbate S. Qvintini electus Carnotensis Episcopus anno Ch. 1091. Vide Sanmarthanos Galliæ Christianæ T. IV. fol. 774.

Opera omniâ studiô & operâ Joan. Bapt. Soucheti Theol. D. & Canonici Carnotensis Tomis II. Parisiis 1647. in fol. Quæ huic editioni præter Decreta & Epistolas accessêre, sua id curâ, & Dn. de Gousseinville Diœcesis Carnutensis Presbyteri, factum ait Joan. Fronto in Epistola quâdam ad illustriss. Henricum Aniciensem Episc. subjuncta Vindiciis Kempensibus.

JUS vetus Colmense ex antiquo codice anno clɔcccxciv. exarato, priscô idiomate Germanicô Typis est impressum Thorunii in Prussiâ anno 1584. in fol.

JUSTINUS historicus quando floruerit, cùm ætas ejus dubitatione haud careat, disquirit Vossius de Hist. Lat. Libro I. cap. 32. & sub Antonino Piô vixisse autumat. Epitome Historica ex Troji Pompeji Libris Lutetiæ editore Danesiô in ædibus Joannis Parvi in fol. 1519.

Cum Com. Victorini Strigelii Argentorati 8. 1627.

Ex recensione Danielis Parei 8. Francof. 1630.

Cum Observationibus Mathiæ Berneggeri, *quæ editio optima*, sæpius Typis excusa, novissime an. 1666. in 8. Argentorati impressa.

Cum

Cum Notis variorum accurante Schrevelio 8. Amstelod. 1669.

Ex recensione Joan. Georgii Grævii 12. Ultrajecti 1669. *nitida editio.*

M. JUSTINUS LIPPIENSIS circa annum 1270. clarus.

Carmine elegiaco condidit *Lippiflorium* sive Chronicon sic inscriptum Lippensis Comitatus, dicatum Simoni Episcopo Paderbornensi, qui obiit anno cIↄccLXXIV. Prodiit curâ Henrici Meibomii Francofurti anno 1620. unà cum Hermanno de Lerbeke.

JUSTINUS MARTYR Flavia Neapoli Syriæ Palæstinæ ortus, ut ipse ait apolog. II. Vide Spanhemii diss. IX. de Numism. p. 769. circa annum Chr. CL. clarus, sub Antonino Pio Martyriū consummavit. Vide Labb. T. I. p. 665. & appendice ejus p. 832.

Opera omnia græcè cum versione Joan. Langii, additis Variis Lect. & emendd. Fried. Sylburgii. Ex Typographeiô Hieronymi Commelini 1593. fol.

Eadem græcè & latinè cum notis Sylburgii, Perionii, Billii, & Petri Lansselii f. Parisiis anno 1636.

JUSTITIA SENGERIA Virgo Brunsvicensis, cœca nata, circa annum 1583. vixit.

Spiritus S. descriptio Passionis & Mortis Dn. nostri Jesu Christi, ex Psalmô Davidis LXIX. ut pœnitentiam agat Mundus explicata & germanicè edita, jussu Sereniss. Ducissæ ac Dominæ Hedwigis, Ducissæ Saxoniæ &c. denuò impressa. Dresdæ apud Christianum Bergium 1610. 8.

JUSTUS de CASTRO Vallis bonæ in Hispaniâ, Ord. Cisterc. religiosus.

Instructorium spirituale. Compluti in 8. apud Andream Sanchez an. 1617.

JUSTUS LIPSIUS natus in Iscano municipio, inter Bruxellam Lovaniumque sito, an. 1547. Romæ in familia Ant. Perrenoti, Card. Granvellani, eidem ab Epistolis Latinis, aliquamdiu vixit. Deinde Jenæ Professorem egit: quâ relicta Lovanii jus interpretatus est. Docuit posthæc Lugduni in Belgio. Ultimò Historiarum Professor in Academia Lovaniensi constitutus, ubi & è vita decessit anno Domini 1606. Vide plura de eo apud Andream in Bibl. Belgica p. 601.

Opera omnia curâ Balthasaris Moreti Tomis VI. distincta, Antwerpiæ 1637. fol.

Tomo I. continentur hæc:

Variarum Lectionum Libri III.
Antiquarum Lectionum Libb. V.
Epistolicarum quæstionum L. V.
Electorum Libri II.
Notæ in Valer. Maximum & Senecæ Tragœdias: Judicium de Consolatione Ciceronis. Satyra Menippæa: lusus

lusus in nostri ævi Criticos. *De rectâ pronuntiatione L. Latinæ Dialogus.*

Tomô II. Epistolica.

Epistolarum centuriæ V. miscellaneæ.
Centuria singularis ad Italos & Hisp.
Altera ad Germanos & Gallos
Centuria III. ad Belgas.
Epistolica institutio.

Tomo III. Historica.

De Militia Romana Libri III.
Poliorceticωn sive de Machinis, Tormentis, Telis, Libri V.
Admiranda sive de magnitudine Romana Libri IV.
Saturnalium sive *de gladiatoribus* L. II.
De amphitheatro Liber.
De amphitheatris, quæ extra Romam, libellus.
De Vestâ & Vestalibus Syntagma.
De Bibliothecis Syntagma.
De cruce Libri III.
Diva Virgo Hallensis : de miraculis ejus.
Diva Virgo Aspricollis.
Lovanii descriptio.

Tomo IV. Politica & Philosophica.

Politicorũ sive *Civilis doctrinæ L. VI.*
De unâ religione adversus dialogistam.
Monita & exempla Politica L. II.
Leges Regiæ & decemvirales collectæ.
Com. in Plinii Panegyricum.
De Constantia Libri II.
Manuductionis ad Stoicam Philos. L. III. *Physiologia Stoicæ* L. III.

Tomo V,

C. *Cornelii Taciti Opera Comm. plenis illustrata. Vellejus Paterculus* cum Observationibus.

Tomo VI.

L. Annæi Senecæ Opera Scholiis illustrata.

Musæ errantes *sive* Poëmata, hinc inde sparsa, collecta à Francisco Sweertio. Antwerpiæ 1609. 4.

De cruce Libri III. Amstelod. apud Andr. Frisium 12. 1670.

De re nummaria Breviarium, opus posthumum cura Joan. Rhodii vulgatum. Patavii 8. 1658. apud Paulum Trambottum & an. 1659.

JUSTUS NATOLIUS. De fide hominis, qui in Mundo rectè vivere velit. Lugduni 1605.

JUSTUS RYCQVIUS Gandavensis, Canonicus in patria ad D. Bavonem. Obiit anno 1627. *Plura de eo dicam in Opere de Claris Bibliothecariis.*

De Capitoliô Romanô Commentarius, in quo ædificia & ornamenta ejus describit. Lugduni Bat. apud Gaesbeeckios 12. 1669.

Syntagma de anno sæculari, Jubilæo & annis solemnibus diversarum nationum. Antwerpiæ Typis Gvil. à Tongris 1625. 8.

Centuria Epistolarum. Lovanii 1615. 8.

Decius Junius JUVENALIS tempore Domitiani Imp. ut Suidas testatur, clarus, oriundus ex Aqui-

Aquino Volscorum oppido. Confer Vossium de Poetis Latinis.

Satyræ XVI. cum paraphrasi Fed. Ceruti Veronensis. Augustæ Vindel. anno 1600.

Cum veteri Scholiaste Parisiis anno 1603. *quæ optima editio.*

Cum Commentariis Isaaci Grangæi, Autumni & Calderini. ibid. an. 1614. in 4.

Cum variorum Notis accurante Corn. Schrevelio. 8. Leydæ 1665.

JUVENCUS CÆLIUS Callanus Dalmata.

Vita Attilæ Hunnorum Ducis, MS. habuit Claudius Fabricius à Peiresc & editionem moliebatur, teste Gassendo in ejus Vita pag. 119. *Citat exinde nonnulla Thomas Bartholinus in libello de armillis* p. 70.

JUVENCUS quem in veteri Exemplari *Cajum Vectum Aquilinum Juvencum* vocari ait Labb. de Script. Eccl. p. 673. Presbyter sub Constantino M. vixit. Vide Schotti Bibl. Hisp. pag. 205.

De historia Evangelica Libri IV. carmine heroico. Parisiis 1509. Ex recensione Theodori Pulmanni, unà cum Aratore, Sedulio & Fortunato, Basileæ excusa. Extat etiam in Bibliotheca Patrum Margarini de la Bigne, & in corpore Poetarum Genevæ in 4. editô.

K.

KERO Monachus S. Galli. Interpretationem vocabulorum in Regula S. Bened. occurrentium. Edidit Goldastus inter Scriptores Rerum Alemannicarum.

L.

COelius LACTANTIUS Firmianus, Arnobii auditor sub Diocletiano & Constantino M. floruit, circa annum 298. Vide Possevinum, Labbæum, Bellarminum, Olearium & alios de Script. Eccl. auctores.

Opera Romæ anno 1474. per Udalricum Gallum & Simeonem Nicol. de Luca.

Cum Notis Josephi Isæi in fol. Romæ an. 1650.

Cum Notis Antonii Thysii Lugd. Bat. apud Petrum Leffen 1652. 8.

Cum Variorum Notis curâ Servatii Gallæi. Leidæ an. 1660. in 8. *quæ pulchra est editio.*

LÆLIUS BISCIOLA Italus, patriâ Mutinensis, è Soc. Jesu. Obiit Mediolani an. 1629.

Horarum subcesivarum hoc est Rerum in omni philologiæ genere excellentium Tomi II. Prior qui Libros XX. continet Ingolstadii prodiit apud Adamum Sartorium 1611. in f. Posterior autem qui Libros habet XVII. Coloniæ per Anton. Hieratum 1618. in fol.

LÆLIUS MANCINUS JCtus Politianus patriâ.

Disquisitionum genialium & anniversariarum juris dispp. Centuriæ III. 4. Patavii 1640.

De triplicis Juris collatione & consensu ibid. fol. 1648.

LÆLIUS PETRONIUS. De eo Nicquetius libellô de Cruce capite 25. *Antiquarum rerum Romanæ Urbis diarium à Lælio Petronio, Paulo de Magistris & Stephano Infessurâ conscriptum, MS. habetur in Bibliotheca Fulvii Archangeli Balneoregiensis.*

LÆLIUS ZACCAGNINUS Romanus, Medicus.

Notabilium Medicinæ Libri II. Romæ apud Bernardinum Tanum in 4. anno 1644.

LÆLIUS ZECHIUS JC. Canonicus & Pœnitentiarius Brixiensis.

De Republica Ecclesiastica. Veronæ in 4. apud Joan. Bapt. Marinum Venetum anno 1599.

De civili & Christiana institutione. 4. Brixiæ 1598.

De Sacramentis Tractatus ib. 1596. in 4.

De Privilegiis Ecclesiæ & casibus reservatis. Veronæ ap. Sebast. à Donnis 1587. & Venetiis apud Jac. Cornetum anno 1591.

LAERTIUS CHERUBINUS de Nursia civis Romanus & in Urbe advocatus.

Bullarium magnum *sive* nova collectio plurimarum constitutionum diversorum Pontificum Romanorum à Leone I. ab Paulum V. Tomis III. additæ sunt Vitæ & icones Pontificum. Romæ apud Andr. Brugiotti 1617. in fol. & deinde continuatum ad Innocentium X. IV. Tomis. Lugduni fol. anno 1655.

LÆVINUS HULSIUS Gandavensis, Notarius Imperialis, Geographus & Mathematicus.

Emblemata anniversaria academiæ Altorfinæ. Francof. 1597. 4.

Transilvaniæ, Walachiæ & Moldaviæ descriptio. ib. 1595. 4.

Chronologia Rerum memorabilium in Hungariâ, Transilvaniâ &c. usque ad annum 1597. gestarum, Norimb. anno 1597.

XII. Cæsarum & LXIV. ipsorum Uxorum ac parentum effigies ex antiquis numism. æri incisæ. Spiræ Nemetum 1599. & Francof. 1607. 4.

Imperatorum Romanorum series à C. Juliô Cæsare ad Rudolphum II. ex Numismatibus. Francofurti 1603. in 8.

LÆVINUS TORRENTIUS vulgò van der Beken, Gandavensis, ex Archidiaconô & Leodiensis Principis Vicariô Generali, II. Antwerpiensium Episcopus, III. Machliniensium Archiepiscopus designatus. Obiit Bruxellæ anno 1595. æt. LXX.

Poë-

Poëmata varia. Antwerpiæ ap. Plantinum 1594. 8.

Comm. in Svetonium. ibid. 1592. 4.

Commentarius in Horatii Opera. ib. an. 1607. in 4.

LAMBERTUS VAN DER BURCH, Machlinienfis, Canonicus ad D. Virginem Ultrajecti & Decanus. Obiit anno 1617.

Hiftoria Ducum ac Principum Sabaudiæ Libris II. Lugduni Bat. typis Plant. 1599. 4.

Vita Gvidonis Comitis Flandriæ. Ultrajecti 1615 in 8.

LAMBERTUS HORTENSIUS Montfortius, natus anno cIɔ Iɔ. Obiit anno 1573. Vide Andream p. 613.

Enarrationes in XII. Virgilii Æneidum Libros. Accedit Nafcimbænii in VI. priores Libros explanatio. Bafileæ ex officinâ Henrici Petri in fol. an. 1577.

LAMBERTUS SCHAFNABURGENSIS, Monachus Hirsfeldenfis in fylvâ Buchoniâ fub Henricô IV. Imp. clarus, an. 1077.

Germanorum Res olim præclarè geftæ: itemque Rerum aliarum memoratu digniffimarum perbrevis & admodum jucunda annotatio ab Exordiô M. primùm nafcentis repetita, cura Ludovici Schradini Tubingæ ex ædibus Morhardinis anno 1533. in 8.

LAMPRIAS filius Plutarchi. De fcriptis Plutarchi Libellus, editore Davide Hoefcheliô græcè & latinè Auguftæ Vindel. 1597. typis Joan. Prætorii. Extat etiam in editione Operum Plutarchi Parifienfi. MS. autem extat in Bibl. Florentinâ. Vide Jonfii hift. Philof. p. 232.

LANCELLOTUS CONRADUS Laudenfis JCtus.

Templum Judicum, editore Mariô Conradô fil. Venet. 1575. f.

LANCINUS CURTIUS Mediolanenfis, fub annum 1490. vel circiter clarus. Vide de eô Jovium Elogiis doctorum Virorum n. 60.

Epigrammata, cura Gafparis de la Ecclefiâ Avunculi ejus. Mediolani in fol. anno 1521.

LANFRANCUS Papienfis Italus, ex abbate Cadomenfi, an. 1077. Archiepifcopus Cantuarienfis. Obiit anno 1089.

Opera omnia: *Commentarius in Epiftolas Pauli: Libellus de S. Cœnâ: Notæ in aliquot Caffiani Collationes: Decreta pro Ordine S. Bened. Epiftolæ.* Editore Lucâ Dacheriô Monachô Bened. Parifiis in fol. 1648.

LAONICUS five Nicolaus CHALCOCONDYLAS Athenienfis, paulò poft annum Chrifti 1453. *five* captam Conftantinopolin clarus.

Hiftoriæ Turcicæ Libri X. ab Otomanno, qui regnare cœpit circa annum 1300. ufque ad annum 1463. ex interp. Latinâ Con-

radi Clauseri Tigurini in Corpore Historiæ Byzantinæ Francofurti 1568. in fol. & unà cum Nicephoro Gregorà græcè & latinè Colon. Allob. an. 1615. Et nuper græcè cum ejusd. Clauseri versione ac glossariò Caroli Annib. Fabroti: additi sunt in hâc editione, *omnium optima*, Sultanorum Annales ex tralatione Jo. Lewnclavii, cujus supplementa & pandectæ accedunt. Parisiis ex Typogr. Regia anno 1650. in fol.

Gallicè redditi per Blasium Vigenerium Borbonium & Comm. illustrati Parisiis anno 1620.

Iidem gallice, cum continuatione ad annum 1612. per Thomam Artum, & ad annum 1649. per F. E. du Mezeray, unà cum historià Serraglii per Michael Baudier, & explanatione Blasii Vigenerii Tomis II. Parisiis in f. anno 1650.

LAMPUS BURAGUS. Strategicon adversus Turcas ad Nicolaum V. Pontificem, MS. in Bibl. Card. Bessarionis teste Naudæô in Syntagm. de studiô militari L. II. p. 524. Vide annon is sit Lapus Biragus Florentinus de quo Vossius Lib. III. de Hist. Lat. p. 807. quamvis tempora discordent.

LATINUS LATINIUS Viterbiensis, Romæ anno 1584. clarus.

Observationes & emendationes in Tertullianum extant in edit. Parisiensi Pamelii 1608.

Lucubrationes 4. Romæ 1659.

LATINUS PACATUS Drepanius sub Theodosiô seniore vixit, cui Panegyricum dixit, qui à Joanne Schefferô Notis illustratus Holmiæ in 8. anno 1651. & auctior, cum MS. etiam collatus Upsaliæ anno 1668. in 8. prodiit.

LAUDES Mariæ Virginis, Hamburgi in fol. majori per Joannem & Thomam Borchardum anno 1491. excusæ.

LAURENTIUS de APONTE. Commentarius in Evangelium Mathæi fol. Lugduni 1641.

Comm. in Sapientiam Salomonis. II. Tomis f. Parisiis an 1651.

LAURENTIUS de la BARRE. Bibliotheca Historica *sive* Varii scriptores *Historiæ Christianæ* veluti sunt Abdias, Babylonius &c. Parisiis apud Michaelem Sonnium 1583. in f. maj.

LAURENTIUS BELLINUS Professor Anatomiæ ordinarius in academiâ Pisanâ.

Exercitatio anatomica de structurâ & usu renum, editore Gerardô Blasiô. Amstel. 12. 1665.

Gustus organum novissimè per L. B. deprehensum. Bononiæ in 12. *Vide Eph. Gall.* T. II. p. 459.

LAURENTIUS BEYERLING Antwerpiensis, in patriâ Theologus & Canonicus, & archipresbyter,

Pro-

Protonotarius item Apostolicus. obiit anno 1627.

Apophthegmata Christianorum ordine alphabeticô, juxta certos digesta titulos Antwerpiæ ex officinâ Plantin, Balth. Moreti in 8. anno 1631.

Opus Chronographicum, ab anno 1570. ad annum 1612. *sive* auctarium Chronici Opmeriani. ib. apud Hieron. Verdussium f. 1601.

Promptuarium Morale super Evangelia Festorum totius anni. Coloniæ apud Hieratum 1613. & seqq. usque ad 1618. in 8.

Biblia Sacra Variarum Translationum Tomis III. Antwerpiæ ap. Keerbergium 1618. in f.

Magnum Theatrum Vitæ humanæ *hoc est* Rerum divinarum, humanarumque Syntagma, Catholicum, Philosophicum, historicum dogmaticum, ordine alphabeticô, & Libris XX. dispositum, editum à Morte auctoris. Coloniæ impensis Antonii Hierati 1631. in f. Tomis VII. & deinde Lugduni anno 1656. VIII. Tomis in folio.

LAURENTIUS BOCHELLI Crespiensis Valesius, JC. Parisiensis & in supremâ curiâ advocatus.

Bibliotheca seu Thesaurus Juris Gallici II. Tomis majoribus Gallicè Parisiis anno 1616. apud Eustachium Foucault, in fol. & in eâdem Urbe aucta à Joanne Beschcherô III. volum. apud Jacobum Dallin ante paucos annos.

Labbæus in Bibl. Bibl. pag 315. *Opus confusum & multorum errorum amplissimum promptuarium* Bibliothecam hanc appellat.

Ecclesiæ Gallicanæ decreta. Libris VIII. Parisiis apud Barthol. Maceum anno 1609.

LAURENTIUS BONINCONTRIUS Miniatensis.

Commentariùs in Manilii astronomicōn Libros. Romæ 1584.

LAURENTIUS BRANCACCIUS Carmelitanus, Regens studii Theologici in conventu S. Mariæ de vita urbis Neapolitanæ anno 1640.

Sermo in laudem Mariæ Magdalenæ de Pazzi, editus circa finem concionum Aug. Paoletti Coloniæ anno 1664. impressarum.

Epitome canonum omnium conciliorum. Romæ in fol. anno 1659.

LAURENTIUS CARDOSO Lucense Minore osservante riformato della Provincia di Toscana, concionatore e Lettore Theol.

Villa regiâ di Maria Vergine. In Venetiâ per Giorgio Valentini 1630. in 4.

LAURENTIUS CASINENSIS Monachus, circa an. 950. clarus. Vide de eô *Petrum Diaconum de Claris Cassinensibus* cap. VI. ubi Joan. Bapt. Marcus hæc annotat: *Historiam S. Wenzeslai* (à Laurentiô hoc scriptam) *Ducis Bohemorum, ba-*

habitu Monachi Bened. sed non professione, MS. in nostrô exili MSS. Sacrorum penario asservamus tali lemmate: Dominus ac Redemptor noster, humanis visibus &c. *quam si Vota & spes nostras Deus opt. Max. fortunaverit, unà cum aliis SS. Vitis hactenus ineditis, bono publico proferendam dabimus.*

LAURENTIUS CUM-DIUS. Bibliotheca homiliarum & sermonum priscorum Ecclesiæ Patrum in Dominicarum & Festorum totius anni Evangelia, ab eô inchoata, post obitum illius à Gerardô Mosanô ad finem perducta & edita Lugduni apud Juntas in fol. anno 1588.

LAURENTIUS GAMBARA Brixianus.

Tractatio, in quâ cum de perfectâ Poëseos ratione agitur; tum ostenditur cur abstinendum sit à scriptione poematum turpium, aut falsorum Deorum fabulas continentium. Romæ in 4. apud Francisc. Zannettum 1576.

Rerum sacrarum Libri III. Idylliorum Liber I. ib. apud Vincent. Accoltum an. 1582.

LAURENTIUS GOZAR Valentinus, Medicus.

Dialogus de Medicinæ fonte. Valentiæ 1589. Paracelsi sectator teste Schottô Bibl. Hisp. p. 329.

LAURENTIUS GRIMALIUS. De optimô senatore Libri II. Venetiis in 4. an. 1668.

LAURENTIUS GUATHIUS Florentinus anno 1430. vixit.

Vita Hugonis, Comitis Magdeburgensis, incipit: *Hugo, natione Germanus.* Archetypon Florentiæ superesse in Biblioth. Abbatiæ Florentinæ tradit Vossius de H. Latin. Lib. III. p. 803.

LAURENTIUS HOCHWARDUS J. U. D. Ratisbonensis Ecclesiæ Presbyter Canonicus.

Catalogus Episcoporum Ratisbonensium ab Urbe conditâ, usque ad annum Christi 1539. MS. extat in Bibl. Vindobonensi teste Lambeciô Catalogô. Operum prop. p. 62.

LAURENTIUS JOUBERTUS Medicus, Gvil. Rondeletii discipulus, obiit anno 1582. æt. LIII. Valentiâ, ad Rhodanum urbe, prognatus, Monspelii docuit.

Opera omnia Lugduni ap. Stephanum Michaëlem f. 1582. & Francofurti apud hæredes Andreæ Wecheli an. 1599.

LAURENTIUS JUSTINIANUS Patritius Venetus, ex ordine Canonicorum S. Augustini Regularium Episcopus & deinde primus Urbis Venetæ Patriarcha circa annum 1450. Vide Labbæum T. II. p. 9. de Scriptorib. Eccl.

Opera omnia Parisiis an. 1628. in fol.

LAURENTIUS LANDMETER, Tornacensis, S. Th. Lic. Lovaniensis, atque Ordinis Præmon-

monstratensis in Cœnobio Tongerloënsi Canonicus Regularis & Lector.

De vetere Clerico, Monacho ac Clericô-Monachô Libri III. quorum primus Veterem eorum habitum, II. Victum & disciplinam. III. Honorem & exemptionem describit. Antwerpiæ apud Joan. Cnobbaert 4. an. 1635.

MUHAMED ALBATEGNIUS Aractensis, celebris astronomus circa annum Ch. 875. clarus. Vide de eô Seldenum præfatione ad periocham Evtychii pag. 15. Zemach David P. II. anno chiliadis V. 635. sive Christi 875.

De Numeris & motibus stellarum Liber. 4. Bononiæ an. 1645.

MUHAMETES *Jacobi* PHIRUZA-Badensis filius, in ipsâ Arabiâ circa annum Hegiræ 774. scripsit.

Alcamus sive Oceanus, vel vastum Linguæ Arabicæ Lexicon, quod Holmiæ se totum excerpsisse affirmat Bochartus in præfat. Hierozoici.

MUHAMED ben ISAAC Arabs. De Sectâ Manichæorum Liber in quô agit 1. de natalibus Manetis, ejusque Majoribus idololatris. 2. Quomodò secundùm quietem acceperit muneris sui authoritatem, quove tempore hæresin suam, ex depravatô Christianismô, Magiâ mixtô, haustam spargere cœperit. 3. quæ ejus fuerint dogmata. 4. Quæ eorundem de propagatione humani generis sententia. 5. quibus conditionibus ad turpissimam hanc omnium hæresium lernam & sentinam pateat aditus, qualeve sui ipsius prævium requiratur examen. 6. Vices precandi singulis destinatas recenset, tempusque jejunii. 7. De libris Manetis & Manichæorum tum aliis Lingvis, tum maximè Syriacâ editis. 8. de Principibus Manichæorum totiusque sectæ propagatione. MS. habuit Hottingerus, cujus Tomum I. pag. 149. Historiæ Ecclesiasticæ inspice.

MUHAMED fil. *Ketiri* Terganensis, vulgò Alfraganus.

Elementa astronomica Arabicè cum versione & notis Jacobi Golii. Amstelod. apud Joan. Jansonium à Waesberg. 4. 1669.

MUHAMMEDIS, religionis, Turcicæ vulgò dictæ, primi auctoris, Testamentum, inter illum & Christianum populum, Arabicè cum interpret. Latinâ edidit Joan. Nisselius, detectis erratis editionis Parisiensis Lugduni Bat. anno 1655. In præfatione ad Lectorem hæc de scripto hôc annotat, & ex eo ZimmermannusAnalectorum mense VII. num. III. *Est Muhamedis magni illius impostoris Testamentum, ut dicitur, quo ille Christianis in Oriente ante mille & ali-*

aliquot annos favorem suum demonstrare voluit. Europæ primò incognitum, usque dum à Patre Pacificô Scaligero ex Oriente asportatum fuit, quod nobilissimus ille Supremæ Curiæ Parisiensis Senator Francis. Hottomannus Gabrieli Sionitæ, è monte Libanô oriundô, ad Latinè interpretandum tradidit. Observavit hæc Typographus quidam Regius, Antonius Vitray, & scriptum hoc publicis Typis in Galliâ commisit, verùm Originali Textu valdè corruptô ac absq; vocalium figuris impresso. &c.

Alcoranum ejus Gallicè vertit Andreas du Ryer & Parisiis anno 1647. in 4. edidit. Vide Plempii præfationem ad partem Avicennæ Latinè editam.

MURTADY Gaphiphæ filius Arabs.

De miraculis Ægypti Liber, vernaculè versus ex Arabicô a Petrô Vatteriô Medicô Parisiensi è codice Bibl. Mazzarinianæ, impressus est Parisiis in 12. ap. Thom. Jolly & Lud. Billaine an. 1666.

MUSÆUS Grammaticus, (*alius à Musæo illo vetusto Patria Atheniensi, de quo plura vide apud Petrum Lambecium in Prodromô Hist. Lit. à pag. 181. sive Libro II. cap. 4.*) auctor poëmatis Græci de Herus & Leandri amoribus, quod 341. constat versibus heroicis, cujus optima sine dubio editio est græco-Latina cum prolixô Commentariô Danielis Parei Francofurti in 4. an. 1627. publicata.

MUTIUS PANSA. Ragionamenti della Libraria Vaticana. Romæ apud Joan. Martinellum in 4. an. 1591.

De osculo seu consensu Ethnicæ & Christianæ Philosophiæ in 8. Marpurgi an. 1605.

MUTIO ZICCATA. Il perfetto ambasciatore trasportato dall' idioma Spagnolô & Francese nell' Italiano. in Venetia appresso Giusto Wiffildick 4. 1649.

N.

R. NAPHTHALI Ben R. Jacob Elchanan Francofurtensis.

Sepher Emek Hammelech Liber Cabalisticus. Amstelodami in fol. an. 1653.

R. NAPHTALI dictus Hirsch Altschüler, Judæus.

Liber *Ajiala Schelucha* Cracoviæ in fol. sub Rege Sigismundô Hebraicè & Germanice scriptus, Commentarius est in Libros Biblicos, ubi textus Hebraicus adjectus est cum punctis. Dassovius in præfat. allegati sæpius Operis L. 4.

NASIRED DINUS Tusius Persa Tusô Chorasanæ oppidô oriundus.

Recensuit Euclidem Arabicum, quem Romæ impressum sed admodum mendose ait Christ. Ravius

vius in epistola ad Reyherum Apollonii Pergæi Conicis præmissâ.

NATALIS de COMITIBUS nobilis Venetus, circa annum 1580. in patria clarus. Scaliger Lib. IV. epist. 309. ad Calvisium *futilissimum appellat hominem.*

Mythologia sive Explicationum fabularum veterum Deorum Dearumque Libri X. cum Geofridi Linocerii & anonymi cujusdam observat. nec non elegantissimis Deorum imaginibus opera Antonii Tritonii. Patavii 1616. *quæ editio locupletissima est.*

Mythologie extraite du Latin de Noel le Comte par Jean de Mont Lyard. Parisiis in 4. 1607.

NATHAN CHYTRÆUS Professor Academiæ Rostochiensis, posteà Bremæ, Scholæ Rector. Obiit an. 1598. ætatis LV.

Deliciæ variorum per Europam itinerum, sive selectiora inscriptionum monumenta ex universa ferè Europâ collecta. Hebornæ apud Christoph. Corvinum in 8. an. 1606.

NATHANAEL CHUMNUS Græcus. Confutatio dogmatis de processione Spiritus S. MS. in Bibl. Regis Christianiss. teste Allatio de consensu Lib. II. cap. 18.

NATHANAEL HIGHMORUS Anglus, Medicus.

De corpore humano disquisitio anatomica fol. Hagæ 1651.

De hystericâ & hypochondriacâ passione Responsio Epistolaris ad D. Willisium. Londini 1670. 4.

De iisdem ipsum. Opus ibid. 12. anno 1660. & Amstelod. eod. anno.

NEHEMIAS GREW. Medicinæ D. Societatis Regiæ in Anglia Sodalis.

Anatomia vegetabilium cœpta cum disquisitione de vegetatione Anglicè in 12. 1671.

R. NEHHONIA ben HAKANA Judæus, Jonathani Ben-Uzieli, Hillelis Senis circa initium æræ Chr. discipuli, συγχρον@.

Liber בהיר sive Bahir Kabbalisticus, variis divinæ pariter ac humanæ sapientiæ mysteriis refertus editus à Jacobo Bartholino, Thomæ fratre, designato Professore Heidelb. Amstelod. anno 1651. 4. teste *Alb. Bartholino de Danorum Scriptis* pag. 58.

NEMESIUS Philosophus & Episcopus Emesenus, tempore Gregorii Nysseni, aut certè non anteà æstimatur à Bellar. de scrip. Eccl. pag. 102.

De Philosophiâ Libri VIII. qui inter Opera Nysseni extant. Sed est hujus Nemesii opus hoc. Vide Rivetum in Critico sacro Lib. III. cap. 24. Placcium de scriptorib. pseudon. lit. G. p. 203.

Prodiit Oxonii græcè & lat. an. 1671. in 8. è Theatro Sheldoniano.

NEOPHYTUS RHODI[illegible] Cyprius, Romæ vixit.

Exercitia Spiritualia: homiliæ

XII. in Canticum B. Mariæ, græcè Romæ 1636. Typis Congregat.

De ratione confitendi græcè. ib. 1640. in 8.

Epistola ad Joannem Presbyterum Paramythiensem, quâ probat Pontificem Rom. non minus Græcorum quàm Romanorum salutem quærere. De processione item Spiritus S. & de primatu Papæ quædam græcè ibid. anno 1629.

Opuscula varia Theologica: Compendium de Sacramentis. ibid. 1628. 8.

Martyrium S. Mamantis: accedit de Viris illustribus Cypriis, Heroibus, Ducibus, Philosophis, Sanctis & aliis Cl. Viris qui in eâ Insulâ vixêre liber. Linguâ vernacula græcâ. ib. apud Mascardum in 12. an. 1659.

NESTOR Ruthenorum Chronographus.

ΠΑΤΕΡΙΚΟΝ Liber Sclavonicus, in quo Patrum Kijoviensium in Cryptis sepultorū res gestæ prolixè enarrantur. Impressus is est Kijoviæ. anno 1661. in fol. Typis Sclavonicis & cum figuris.

Operis hujus contracti compendium fecit linguâ Polonicâ. Sylvester Kloffow Episcopus Rutheno-Mecislaviensis, Orszanensis & Mohiloviensis, ibid. anno 1635. impressum. Latinè autem quædam ex eo reddidit & sub *cryptarum Kijoviensium* Titulo excudi curavit M. Joan. Herbinius Jenæ in 8. 1675.

NICANDER Ætolus, vel Colophonius sec. Svidam, sub Ptolomæo Physcone clarus.

Θηριακα (*de venenatis bestiis*) & alexipharmaca (*de remediis adversus venena*) græcè cum Scholiis antiquis, Venetiis apud Aldum 4. 1523.

NICANDER Jossius Venafranus. Opuscula de voluptate, dolore, risu, fletu, somnô, vigiliâ, fame ac siti. Romæ 4. apud Francisc. Zannettum an. 1580.

MICANDER Poeta. De quô Luitprandus (*si is auctor est*) in Chronicô ad anno 817. *Hoc tempore Nicander Poëta Hispanus Toleti floret.* Ubi Higuera pag 420. *S. Cyriaci Episcopi Anconiani martyrium versibus scripsit, ut refert, Galesinius ad Martyrol. IV. Non. Maji fol. 102.* Ramiresius ad eundem locum ejus esse putat versus illos, qui in Siliô Italico ad limen edit. Gisleni Jansenii Antwerpiæ anno 1610. excusæ, apponuntur & argumenta continent Librorum Silii. Inscriptio hæc est: *Ambrosii Nicandri Toletani in singulos Silii Italici Libros Catalepses.*

NICAS Grammaticus auctor vocatur *Etymologici magni* ab Isaacô Vossiô ad Melæ Librum I. cap. 19. pag. 99.

NICEPHORUS ὁ βασιλάκης Rhetorices Constantinopoli Professor

fessor, sub Alexiô Comneno floruit circa annum Ch. cIↃCLXXXII. Vide Voss. de Hist. Græc. lib. IV. p. 500.

Fabulæ, narrationes & Ethopœiæ græcè ac latinè primùm editæ à Leone Allatio Romæ 1641. in excerptis Græcorum Rhetorum.

NICEPHORUS BLEMMIDES. Homilia in S. Joannem Theologum quam edere voluit cum aliis L. Holstenius teste Lambec. T. I. de Bibl. Vin.

Geographiæ Compendium se ex Biblioth. Londinensi habuisse testatur Salmasius in Epistolâ CXXIII. esse quoque in Bibl. Regia Parisiensi.

Opuscula nonnulla versa per Leonem Allatium edidit Odoricus Raynaldus Tomo I. continuationis Baronii gr. & lat.

Libellus de officio Imperatoris inter Miscellanea edere voluisse eundem Allatium comprobat Naudæus de studio mil. Lib. II. pag. 522.

NICEPHORUS Callisti filius, Xanthopulus sæculi XIV. initio fuit. Vide Voss. Lib. II. c. 29. de H. Græcis.

Historiæ Ecclesiasticæ ad Andronicum Palæologum exaratæ Libri XVIII. à Christo nato, usq; ad initium Heraclii Imp. (*vide Lambecium Tomô I. de Bibl. Vindob. pag. 62.*) Latinè ex interp. Joan. Langii Francofurti impensis Sigism. Feyerabendii fol. an. 1588.

Græcè cum ejusd. interp. Volum. II. Parisiis in fol. apud Seb. Cramoisy anno 1630.

NICEPHORUS Constantinopol. Patriarcha anno 806. electus, obiit anno 828.

Breviarium historicum de rebus gestis à Mauritii cæde, usque ad Leonis IV. Porphyrog. & Irenes nuptias: hoc est, Constantini Copronymi annum XXIX. Christi IↃCCLXIX. primus edidit græcè cum tralatione suâ & notis Chronologicis V. Cl. Dionysius Petavius. Prodiit Parisiis anno 1648.

Liber de inculpata fide Christianorum MS. apud Allatium. Vide ejus opus de consensu Eccl.

Dissertatio cum Leone Armeno in causâ imaginum extat græcè & latinè apud Combefisium in manipulo antiqq. Constantin.

NICEPHORUS Constantinopolitanus junior, circa annum 842. vixit. Huic tribuit Chronologiam Joan. Gerard. Vossius lib. II. cap. 25. quæ aliàs illi, de quô modò dictum, adscribi solet. Sed in addendis ad Historicos Græcos pag. 539. rursus sententiam hanc suam mutavit, lucem allucente Labbæo, in delineatione apparatûs ad corpus Hist. Byzantinæ pag. 47. qui ejusdem esse auctoris tum Chronologiam, tum

breviarium historicum probat. In lucem venit hæc Chronologia græcè & latinè unà cum Gregoriô Syncellô, cura Jacobi Guar. Parisiis fol. an. 1652. Typis Regiis.

NICEPHORUS GREGORAS Theodori Metochitæ auditor nonlongè ab initio sæculi XIV. clarus.

Historiæ Byzantinæ Libri XI. à Theodoro Lascare priore, usqve ad annum Christi cIↃCCCLXI. græcè & latinè ex tralatione Hieron. Wolfii, unà cum Laonicô Chalcocondylâ & Georgio Logotheta editi Coloniæ Allob. an. 1615. in folio apud Petrum de la Roviere.

Fragmenta quædam, in vulgatis editionibus desiderata, unà cum Niceph. Constant. Breviario vulgavit Petavius.

De vita S. Theophanonis Liber. Citat ex eo quædam Meursius in Glossariô Græco-barbaro.

NICETAS Byzantius Philosophus. Pro Synodo Chalcedonensi Liber. MS. habuit Leo Allatius. V. Lib. I. cap. V. de Consensu.

NICETAS CHONIATES sive Acominatus, vir dignitate in Constantinopolitano Imperio illustris; circa initium sæculi XIII. clarus.

Historiarum Libri XXI. ab anno cIↃcXVIII. usque ad annum 1205. Græcè & latinè cum versione Hieronymi Wolfii Genevæ anno 1593.

Græcè & latinè cum eadem interp. & Caroli Annibalis Fabroti notis ac glossario Parisiis 1647. ex Typogr. Regia in folio. & ibid. anno 1660.

NICETAS HERACLEÆ Metropolita.

Catena Græcorum Patrum in B. Jobum collecta: ex duobus MSS. Bibliothecæ Bodlejanæ codicibus græcè nunc primùm in lucem edita, & latinè versa operâ & studiô Patricii Junii: accessit ad calcem Textus Jobi (*de quo vide supra in Jobus*) Londini ex Typographia Regia foliô an. *1637*.

NICETAS NICÆNUS Scevophylax, Græcus.

De dissidiis Orientalis & Occidentalis Ecclesiæ opusculum, è codice MS. Bibl. Regis Galliæ descripsisse tradit Cl. Sarravium, Allatius de Consensu Eccl. Lib. I. c. 13.

NICODEMUS unus ex discipulis Salvatoris nostri.

Sub nomine ejus Coptitas in Missa Evangelium legere tradit Sandius pag. 23. de Script. Eccl. editum fuit Lipsiæ an. 1516. 4.

NICOLAUS ABRAMUS Lotharingus è Soc. Jesu.

In III. volumen Orationum Ciceronis Commentariorum Tomi II. Parisiis in fol. apud Sebast. Cramoisy an. 1631.

Pharus Vet. Testamenti sive Quæstiones Sacræ in Vetus Testamentum ibid. fol. 1648.

NICOLAUS ALAMANNUS Romanus, parentibus Græcis natus, sub Gregorio XIII. in patria vixit.

Dissertatio historica de Parietinis Lateranensibus, ab illustrissimo Cardinale Barberinô restitutis. Romæ in 4. anno 1625.

NICOLAUS ANDREÆ Pastor in Pitha, opuidô Lapponiæ.

Libellus Cantionum, quomodo sit celebranda Missa, quomodo orandum, cantandumve, sermone Lappicô. Holmiæ apud Ignatium Meurer anno 1619. Meminit Schefferus in descript. Lapponiæ pag. 72.

NICOLAUS BARIANUS de Placentiâ, Ord. Erem. S. Augustini regul. Observantiæ Mediolani circa annum 1494.

De montibus Pietatis Libellus ad Georgium Albanensem Episcopum & Cardinalem Cremonæ anno 1496. Extat & ad calcem Dorothei Asciani de Montibus pietatis.

NICOLAUS BERGER Rhemensis anno 1622. clarus, & in Senatu patrio advocatus.

Histoire des grands Chemins de l' Empire Romain pavez depuis la ville de Rome jusques aux extremitez de son Empire. Parisiis apud Claudium Morell 1622. in 4. Meminit hujus Operis cum laude Gassendus in vita Peirescii Lib. III.

NICOLAUS BIESIUS Gandavensis. Medicus Lovaniensis. Obiit Viennæ anno 1572.

De Republicâ sive de universa Morum Philosophia Libri VI. ad Rev. Anton. Perrenotum Episcopum Atrebatensem. Antwerpiæ in 4. apud Martinum Nutium 1556.

Non laudat Opus hoc Naudæus in Bibl. politica pag. 35.

De Varietate opinionum liber. Lovanii an. 1567.

NICOLAUS BLESDIKIUS gener Davidis Georgii Hollandi, hæretici, cujus Vitam in litteras retulit, quæ editore Jacobô Raviô Daventriæ an. 1642. lucem vidit.

NICOLAUS de BLONY alias Plonius, Doctor Decretorum, Capellanus & Episcopus Posnaniensis anno 1438. clarus quod ex sermone CXIII. collegit Olearius in Abaco Patrol. p. 333.

Sermones de Tempore & Sanctis. Argentorati anno 1495.

NICOLAUS BOCCANGELINUS Medicus Cæsareæ Majestatis Imperatricis.

De febribus, morbis malignis & pestilentiâ Tractatus. Madriti apud Ludovicum Sanchez in 4. 1604.

NICOLAUS BONETHUS Ordinis Minorum Monachus,

Metaphysica. Barcinone anno 1473.

Nicolaus de Bralion Parisinus Presbyter Oratorii D. N. J. C.

Les Curiositez de l'une & l'autre Rome, ou Traitté des augustes Temples & autres principaux lieux saints de Rome Chrestienne; & des plus notables monuments & vestiges d' antiquité & magnificence de Romæ Payenne, divisé en deux livres & enrichi de figures. Parisiis in 8. apud Edmundum Couterot anno 1655.

Nicolaus Bralion ordinis Prædic. Presbyter. *(nisi unus idemque cum præcedente sit.)*

L' Histoire de la S. Chapelle de Laurette. Parisiis in 8. apud Georgium Jossium an. 1665.

Nicolaus Burgundus JC. ac Professor in Academiâ Ingolstadiensi, Natus anno 1586. vide Valerii Andreæ Bibliothecam p. 681.

Historia Belgica ab anno 1558. usque ad annum 1567. Ingolstadii in 8. ex offic. Gvil. Ederi an. 1633.

Commentarius de Evictionibus Theoretico-practicus. Lovanii Typis Joan. Vryenborch 1647. 8.

Nicolaus Cabasilas Archiepiscopus Thessalonicensis, unâ cum Nilô Thessal. clarus, sub Joanne Cantacuzenô Imp.

Libri VI. de vitâ in Christô Ingolstadii anno 1604. nec non alia opuscula de III. Sacramentis, baptismô, Eucharistiâ & unctione.

De processione Spiritus S. adversus Thomam de Aquinô MS. habuit Allatius. Vide ejus Opus de consensu.

Oratio quæ sub ejus nomine in Trinitatem extat, Philothei Patriarchæ est, teste Raynaudo de bonis & malis Libris pag. 150.

Nicolaus Cabeus è Soc. Jesu. Philosophia Magnetica, in quâ Magnetis natura penitus explicatur. Ferrariæ apud Suzzium f. 1629.

Commentarius in Meteorologica Aristotelis. Romæ fol. 1649.

Nicolaus de Clemangis Gallus, in Pagô Clemange, sito in Campaniâ, natus, discipulus Joan. Gersonis, Archidiaconus Bajocensis, circa annum 1418. Vide Sanmarthanos FF. Galliæ Chr. T. II. f. 341.

Opera omnia notis & glossario illustrata Latino-barbaro, a Joan. Martino Lydio Veteraquinate, verbi div. Ministrô. Lugduni Bat. anno 1613. *Seriem repræsentat* Olearius in abacô pag. 325.

Nicolaus Clenardus Diestemius Belga, Lovanii & Salmanticæ docuit, inde studiis Henrici, Regis Lusitaniæ Fratris præfectus, tandem in Africam abiit, & in Academiâ Fessanâ Arabicam didicit Linguam circa annum 1535. Obiit Granatæ anno 1542.

Epi-

Epistolarum de peregrinatione suâ & rebus Machometicis Libri II. Lovanii 1561. 8. apud Wellæum, & Antwerpiæ ap. Christoph. Plantinum anno 1566.

Nicolaus Cragius Professor in academiâ Hafniensi.

De Republicâ Lacedæmoniorum Libri IV. apud Petrum Santandreanum anno 1593. in 4. & deinde Leydæ in 8. an. 1670. *additus est libellus Heraclidæ Pontici de Rebuspublicis, græcè & latine.*

Nicolaus Crassus Patriciorum Venetorum Elogia. Veronæ in 4. anno 1612.

De Pisauræ gentis origine & præstantiâ 4. Venetiis 1652.

Nicolaus Crusenius Mosæ-Trajectensis, Eremita Augustinianus S. Th. D. Papiensis, Ferdinando II. Imperatori à Consiliis & historiis. Obiit Viennæ anno 1629.

Monasticon Augustinianorum: de Ordinibus sub Regulâ S. Augustini militantibus. Monachii anno 1623. apud Joan. Heutroy in fol.

Nicolaus Everhardi à Middelburgô, JCtus, magni Senatus Belgici ap. Mechlinienses Præses, ubi & anno 1532. obiit, ætatis 70. Vide de eô Val. Andreæ Bibl. Belgicam pag. 685. seq.

Opus Consiliorum Juridicorum operâ Joan. Jacobi Molengravii Ultrajectini editum. Lovanii apud Hieron. Wellæum in fol. anno 1577. & deinde Antwerpiæ ap. Verdussium in fol. anno 1643.

Nicolaus Eymericus Hispanus Ordinis prædicat. S. Th. Magister, inquisitor hæreticæ pravitatis in regnis Aragonum. Obiit Gerundæ in patriâ anno 1393.

Directorium Inquisitorum cū Scholiis D. Francisci Pegnæ Hispani S. Th. & J. utriusque D. Romæ in fol. in ædibus populi Romani anno 1578.

Nicolaus Fitzerbertus. Descriptio Academiæ Oxoniensis. Romæ in 8. ap. Gviliel. Facciottum 1602.

Nicolaus Fullerus Ecclesiæ Cathedralis Canonicus Sarisburiensis, circa annum 1609.

Miscellaneorum Theologicorum Libri VI. in quibus varia S. Script. aliorum auctorum loca explanantur Heidelbergæ sumptibus hæredum Lazari Zetzneri 1618. in 8. & 1625.

Micolaus Gruchius Rothomagensis.

De Comitiis Romanorum Libri III. Parisiis apud Vascosanum 1555. fol.

Nicolaus Gryse Ecclesiastes Rostochiensis circa annum 1590.

Historia Vitæ, doctrinæ & mortis, M. Joachimi Slüteri primi Lutherani Pastoris in urbe Rosto-

Roſtochienſi germanicè, Roſtochii 1593. 4.

Nicolaus Gvisius Montenſis Hanno JC. & Canonicus Metropolitanus Cameraci.

Vita & Panegyris Franciſci Buiſſereti Archiepiſcopi & Ducis Cameracenſis. Cameraci 1616. 4. Typis Joan. Riverii.

Nicolaus de Hanapis Patriarcha Hieroſolymitanus ex Ordine Præd. aſſumptus, ſub Sigiſmundô Imp. circa an. 1430. clarus. Vide Sixtum Biblioth. L. IV. p. 346.

Liber Exemplorum per cxxxiv. capita è Sacrâ Scripturâ concinnatus, editore Michaele Zinſerô Riedlingenſi. Tubingæ ap. Hulderieum Morhart anno 1533.

NICOLAUS HARPSFELD Anglus.

Hiſtoria Eccleſiaſtica Anglicana. Duaci 1622. in fol.

NICOLAUS HESSIUS religioſus Monaſterii Hemmenrodenſis, Ordinis Ciſt.

Manipulus Hemmenrodenſis ſive hiſtoria Monaſterii ſui. Coloniæ Agr. anno 1640.

NICOLAUS HOBOKENUS Ultrajectinus, Reipublicæ Steinfurtenſis Archiater.

Anatomia ſecundinæ humanæ. Trajecti ad Rhenum apud Joan. Ribbium 8. 1669.

Deſcriptio fontis Bilefeldiani Redeker vocati. Amſtelod. 1668. 8.

Exercitatio de ſede animæ humanæ in corpore humano. Ultrajecti an. 1668. in 8.

Anatomia ſecundinæ vitulinæ ibid. in 8. an. 1672.

NICOLAUS HYDRUNTINUS, ſub Alexio Angelo Imp. Conſtan. circa annum 1192. vixit.

Liber de proceſſione Spiritus Sancti. MS. apud Allatium, qui & de pane Sacræ Cœnæ, & alia ejus Opuſcula habuit. Vide ejus Librum I. c. 22. & lib. II. cap. 13. de Conſenſu Eccl.

NICOLAUS JANSENIUS cognomento Boy, Zirizæus Zelandus, S. Th. Lic. Ordinis Præd.

Vita S. Dominici, Ord. Prædicatorum fundatoris. Antwerpiæ 1622. 8. ap. Henr. Ærtſium.

Vide plura de eo apud Valerium Andream pag. 689.

NICOLAUS ISTHUANFUS Pannonius, Maximiliano II. & Rudolpho II. Imp. a Secretis & conſiliis.

Hiſtoria Hungarica ab anno 1490. quo Mathias Corvinus fato functus eſt, uſque ad Mathiam II. Libris XXXIV. Coloniæ Agr. in fol. anno 1622.

NICOLAUS MACHIAVELLUS Civis & Secretarius Florentinus, ſub Clemente VII. in vivis. Elogium ejus vide apud Paulum Jovium num. LXXXVIII. Confer de eô & Joan. Mathæi Toſcani Peplum Italiæ pag 50. & ſeqq.

Ope-

Opera omnia Italice hôc ordine Genevæ an.1650. in 4. apud Petrum Chovet impressa sunt. *Historia Florentinæ Libri VIII. Princeps. Vita Castruccii & alia quædam de Duce Valentino. De rebus Franciæ & Germaniæ. Supra primam decadem T. Livii dissertationum Libri* III. *De arte bellica Libri* VII. *Asinus aureus & alia poemata. Comœdiæ* II. *Mandragora & Clitia.*

NICOLAUS MALERMUS Vetus Testamentum circa annum 1558. Italicè transtulit, quam versionem raram esse paucisque cognitam fatetur Velschius de vena Medinensi pag. 65.

NICOLAUS MASSA Venetus, artium ac Medicinæ circa annum 1536. Venetiis clarus.

Liber introductorius ad anatomiam. Venetiis 1536. in 4. in ædibus Francisci Bindoni & Maphæi Pasini sociorum.

NICOLAUS MORAVIUS. Capitulare Ecclesiæ S. Marci Venetiis, MS. olim apud Laur. Pignorium, teste Thomasinô in descript. Musei ejus.

NICOLAUS ORESMIUS Archiepiscopus Bajocensis, Caroli V. Francorum Regis cognomentô Sapientis Præceptor circa an. 1378. in cujus gratiam Libros Ethicos & politicos Aristotelis gallicè transtulit & annotationibus illustravit; quæ judicio Naudæi in Bibl. polit. pag. 43. *multa continent & recondita & liberioris doctrinæ; ambos tamen esse difficillimos inventu; quia ante centum & viginti annos Parisiis editi fuerint, charactere Longobardico, & rudi prorsus ac incondito sermone.*

Fr. NICOLAUS de PAGANICA Ordinis Præd. circa annum 1330. clarus.

Compendium medicinalis astrologiæ in fol. maj. MS. in membranis, in Bibliotheca S. Marci Venetiis à Petrarcha legatum. *Thomasinus in vita Petrarchæ.*

NICOLAUS PAPINIUS Gallus. Traittè de la lumiere de Mer sive *de lumine Maris.* à Blois anno 1647.

NICOLAUS PITHOEUS Cambigobertius Tricassinas.

Thesaurus S. Bernardi, ex Operibus ejus collectus. Genevæ anno 1589.

NICOLAUS CHRISTOPHORUS RADZIVILIUS, Dux Olicæ & Niesvisii, Palatinus Vilnensis, miles Hierosolymitanus.

Peregrinatio Hierosolymitana IV. Epistolis inclusa, ex Polonicô latinè reddita per Thomam Trelerum Canonicum Varmiensem. Antwerpiæ in fol. ex officina Plantiniana anno 1614.

NICOLAUS RIGALTIUS Christianissimo Regi in curia Metensi à Consiliis circa annum 1630. clarus.

Glossarium Τακτικὸν μιξοβάρβαρον. Lutetiæ Parisf. anno 1601. 4.

Notæ in Cyprianum, Phædrum, Rei agrariæ Scriptores, Artemidorum, Julianum. *Vide suis locis.*

Observationes de populis Fundis. Divione anno 1656.

Vita Petri Puteani. Parisiis in 4. an. 1652.

NICOLAUS RODRIQUEZ Fermosini Episcopus Austriricensis.

De potestate Capituli sede vacante, nec non sede plena & quid possint Episcopi per se, aut debeant cum Capitulô exsequi. Lugduni in fol. an. 1666.

NICOLAUS SCHREITWEIN. Catalogus Archiepiscoporum & Episcoporum Laureacensium & Pataviensium, compositus jussu Imp. Friederici III. vulgò, & continuatus usque ad annum Chr. 1517. extat MS. in Bibl. Vindob. Meminit Lambecius in Catalogô operum prop. p. 61. & editionem promittit.

NICOLAUS SERARIUS è Societate Jesu, Obiit Moguntiæ anno 1609.

Moguntiacarum Rerum ab initiô Urbis Libri V. Sereniss. Electori Joan. Schweickardo inscripti. Moguntiæ 4. an. 1604.

Commentarius in Libros Josuam, Judicum, Rhut. Parisiis in fol. anno 1611. & Moguntiæ 1627. in fol.

Commentarii in Libros Regum & Paralipomenôn fol. Lugduni 1618.

Prolegomena Biblica. Moguntiæ in fol. an. 1612.

S. Kiliani Franconiæ Apostoli gesta cum annot. ibid. 1598.

NICOLAUS SIGNORILIS ante 200. annos & quod excurrit, Romana descripsit Templa, cujus Operis apographum MS. in Vaticanâ extare testis est Martius Milesius in Observ. ad Damasi Opera.

NICOLAUS STENO Hafniensis, Medicus & anatomicus Magni Hetruriæ Ducis.

Musculorum descriptio geometrica. Florentiæ sub signô stellæ in 4. anno 1667.

Liber de solidô in solidis: de glossopetris & aliis lapidibus, qui in terrâ generantur, vel aliâ quâcunque re solidâ. ib. 4. 1672.

Epistola de Cerebrô gallicè Parisiis 1669. in 12. & latinè Amstelodami anno 1672. 12. *Vide Acta Philos. Anglicana Anni LXIX. p. 313.*

De Musculis & glaudulis observationum specimen: additæ sunt II. Epistolæ anatomicæ. Hafniæ 4.

NICOLAUS MELCHISEDECH THEVENOTUS, Gallus.

Itinera curiosa ex variis gallicè translata. Tomis III. 4. Parisiis anno 1665.

NICOLAUS TIGNOSIUS Ful-

Fulginas. Commentarius in Aristotelem de animâ. Florentiæ fol. 1550.

NICOLAUS TRIGAUTIUS Duacensis Belga, Societatis Jesu, Obiit anno 1628. Vide Alegamben pag. 358.

Libri V. de expeditione Christianâ apud Sinas susceptâ, ex P. Mathæi Riccii ejusd. Soc. memoriis adornati, ad Paulum V. Pontificem Rom. Augustæ Vindel. apud Christoph. Mangium anno 1615. in 4.

NICOLAUS TRIVETHUS Ordinis Præd. Monachus, patriâ Anglus, Obiit Secundum Balæum anno Chr. cIɔcccxxvIII.

Chronicon, sive historia rerum quæ ab anno 1136. ad annum usque in Europâ contigerunt, tum præcipuè, quæ in Angliâ, Principibus è familiâ Andegavensi Sceptra tenentibus memorabiles evenerunt. Divulgavit Lucas Dacherius Tomô VIII. Spicilegii sui.

NICOLAUS TUDESCUS, natione Siculus, patriâ Catanensis, Archiepiscopus Panormitan⁹ & demum S. R. E. Cardinalis, circa annum 1440. clarus.

Opera omnia Tomis VIII. comprehensa. Venetiis in fol. anno 1592. Recenset ea Bellarminus de Scrip. Eccles. pag. 288.

NICOLAUS VALLA LL. D. Basilicæ Principis Apostolorum Romæ Canonicus circa annum Ch. 1460.

Homeri Iliados Libri III. IV. V. XIII. XVIII. ex XIX. paucula, item XX. & tres postremi latinô carmine redditi Romæ impressi sunt anno Ch. 1474. in domô Joannis de Lignamine Messanensis, familiaris S. D. N. (ita se ipse vocat.)

NICOLAUS VIGNIER de Bar sur seine, sive Barrensis, Medicus atque Historiographus Regis Gall.

Bibliotheca Historica III. Tomis majoribus distincta, ac quartô curâ Hieronymi Vignerii ex congregatione Oratorii D. N. J. C. aucta. Meminit ejus Labbæus Bibl. Bibl. p. 163. Memorantur alias ejus *Historiæ Ecclesiasticæ* à baptismô Salvatoris usque ad sua Tempora Epitome, gallicè. Lugduni Bat. sumptib. Christoph. Raphelengii excusa in fol. 1601.

L' histoire de la maison de Luxembourg. Parisiis an. 1617.

Hebræorum, Græcorum & Romanorum Fasti gallicè. ib. apud Abelem Anglier an. 1588.

NICOLAUS VILLANUS Pistoriensis.

L' Uccellatura adversus Stiglianum Equitem, sub nomine Vincentii Foresi an. 1630. in 12. appresso Antonio Pinello.

Le Considerationi sotto nome di Messer Fagiano 1631. in 12. per Joan. Pet. Pinellum.

De hisce Scriptis evolve Vinc. Placcium de Scriptorib. Pseudonymis p. 193. ubi plura.

NICOLAUS VITUS di Gozzi oppido Italiæ.

De statu Reipublicæ secundùm Aristotelem Italicè. In Venetia presso Aldo Manutio in 4. 1591.

Discursus in VII. Psalmos pœnitentiales Italicè. Venetiis apud eundem.

NICOLAUS UPPONUS. De studio militari Liber: *additi sunt* Joannes de Bado aureo de armis, & Henrici Spelmanni Liber de Clypeis, editore Edoardô Bissæo, qui notas adjecit. Londini cum pluribus insignium figuris an. 1654. in folio.

NICOLAUS ZENUS. Dell' origine di Venetia & antiquissime memorie de' Barbari che distrussero per tutto il mondo l'imperio di Roma, onde hebbe principio la Citta di Venetia. In Venetia 1588. in 8.

NICOLAUS ZOESIUS Amorsfortius JC. magni Concilii Belgici apud Machlinienses Senator, ac demùm V. Silvæducensium Episcopus. Obiit anno 1625.

De Vitâ Joan. Venduillii J. U. Doctoris Lovaniensis & Episcopi Tornacensis. Duaci 1598. 8. ap. Bogardum.

NICOMACHUS Gerasinus Philosophus Pythagoricus, ante Apulejum vixit, quandoquidem hic arithmeticam ejus Latinè vertit, teste Cassiodoro *lib. de mathem. discipl. cap. de Arithm.* Vide Jonsii Hist. philos. Lib. III. cap. 13.

Enchiridion Harmonicum græcè curâ Joan. Meursii, unà cum Aristoxeno prod. Lugd. Bat. an. 1616. 4.

NIGELLUS de WIREKER Præcentor Ecclesiæ Cantuariensis circa annum 1214. *Confer de eo Joannem Gebbardi in vitâ Alani, parabolis ejus præfixâ.*

Brunellus sive Speculum stultorum carmine conscriptum & Guilielmo de Longo-Campo Episcopo Eliensi circa annum 1190. dicatum, prodiit Coloniæ 1499. in 4.

NILUS DOXOPATRIUS Archimandrita.

De V. Thronis patriarchalibus Tractatus anno 1043. Rogerio Siciliæ Regi oblatus MS. apud Allatium, qui eum Opere de consensu Lib. I. cap. 2. & alibi allegat.

NILUS Monachus in sæculo Damylas dictus, circa an. 1400. vixit.

Opus græcum contra Latinos de processione Spiritus S. MS. in Bibliotheca Regis Christianiss. ubi in titulo Allatius Lib. II. cap. 18. operis modò citati, legi dicit: *vivebat in Monasterio Hieræ. Petra Carcasinorum in Creta Insula.*

NONIUS MARCELLUS Peripateticus Tiburiensis.

De

De proprietate sermonum capita XIX. ad filium, ex edit. Joan. Merceri. Lutetiæ ex officina Hadr. Perier an. 1614.

NONNUS PANOPOLITA Poëta Græcus: circa D. Augustini tempora clarus.

Dionysiacorum Libri XLVIII. carmine heroico græcè ex Bibl. Joan. Sambuci, editore Gerardo Falckenburgio, cujus conjecturæ & Variæ lect. accessêre. Antwerpiæ ex offic. Plantiniana 4. 1569.

Eadem cum interp. latinâ Eilhardi Lubini, Poëseos in Rostochiensi Acad. Profess. cum lectionibus & conjecturis Falckenburgii, Petri Cunæi anim. & dissertat. Dan. Heinsii de Opere hoc. Hanoviæ Typis Wechelianis in 8. 1610.

Paraphrasis in Joannem Evangelistam. *Venetiis apud Aldum* anno 1501. *Græcè Hagenoæ apud Joan. Secerium 1527. Græcè Francofurti excusa à Petro Brubachio an. 1541. Parisiis cum interpretatione Latinâ Christophori Hegendorphini ap. Iacobum Bogardum* an. 1542. *Parisiis editore Martino Juvene* 1556. *Parisiis cum interp. latina Ioan. Bordati* an. 1561. *Coloniæ græcè editio Bordati* an. 1566. *apud Maternum Cholinum.* ibid. 1588. *editio Parisina Martini Iuvenis. Basileæ apud Petrum Pernam, cum versione Erhardi Heidenecceii* an. 1577. Apud *Henricum Stephanum* an. 1578. *Cum Notis Francisci Nansii Flandri Antwerpiæ Typis Raphelengii* in 8. an. 1589. *Ex edit. Sylburgii & cum ejus notis. Lipsiæ in 8. apud Laurent. Cober* an. 16 8. *Cum Aristarcho Dan.* Heinsii 8. *Lugduni Bat.* an. 1627. *Lipsiæ editio Sylburgii impensis Barthol. Vogt* an. 1629. in 8.

NONUS Medicus.

Compendium morborum, Constantini Imp. Porph. jussu conscriptum, Jeremias Martius Medicus, primus è Bibl. Augustanâ græcè cum interp. sua protulit. Hieron. Velschius de venâ Medin. p. 263. eundem se ad fidem MS. emendasse ait & ad editionem paratum habere.

NOTITIA dignitatum Imperii Orientalis & Occidentalis, tam civilium quàm militarium, mediò sæculi quinti post Christum conscripta; cum amplis Com. Guidonis Pancirolli fol. Genevæ an. 1623. & deindè à Phil. Labbæo, unà cum variis aliis Opusculis Parisiis an. 1651. in 12. Typis Reg. publicata. Vide ejus Biblioth. Bibl. circa finem, & Bosium de comparanda Script. Eccl. notitia c. 1. §. 5.

NOVÆ SOLYMÆ Liber sic inscriptus, ad exemplum ferè Barclajanæ Argenidis compositus & in Angliâ Londini anno 1648. publicatus; cujus auctorem, quisquis ille fuerit, virum probum & eruditum, nec vulgaris prudentiæ & eruditionis appellat idem Bosius differt. de Juliô Agricolâ.

NOVUM TESTAMEN-

TUM græcum ex edit. & cum lectionibus variantibus Stephani Curcellæi in 12. ex offic. Elzeviriana Amstelodami anno 1658.

Cum duplici versione & annotationibus Bezæ ac Camerarii. fol. Cantabrigiæ an. 1642.

Ex editione Joan. Henr. Bœcleri in 12. Argent. an. 1645.

Ex editione Caroli Hoole. Londini Typis Andreæ Clarck 12. 1674.

NOVUM TESTAMENTUM Syriacè, Hebraicè, Græcè, Latinè, Germanicè, Bohemicè, Italicè, Hispanicè, Gallicè, Anglicè, Polonicè & Danicè Tomis II. ex editione Eliæ Hütteri. Noribergæ in fol. anno 1599.

NOVUM TESTAMENTUM Syriacum, cura ac sumptibus Ægidii Gutbierii Weissenseensis Thuringi, in Gymnasiô Hamburgensi linguarum Orient. Professoris, elegantissimis Typis. Hamburgi anno 1664. 8.

O.

OCELLUS LUCANUS Philosophus Pythagoricus.

De naturâ Universi Opus græcè cum interp. & notis Ludov. Nogarolæ. apud Commelinum 8. 1596.

græcè cum versione & notis amplis Caroli Emmanuelis Vizzani Bononiæ in 4. anno 1646. & Amstelodami in 4. anno 1661.

OCTAVIANUS FERRARIUS Mediolanensis, natus anno 1518. In Canobianâ Mediolanensium Scholâ (*cujus excitandæ Paulo Canobio auctor extitit*) per XVIII. annos Philosophiæ practicæ, dein naturalis in Gymnasiô Ticinensi Professor. Obiit in patriâ anno 1586. Vide Hankium de Scriptorib. Rerum Rom. L. II. c. 35.

De Romanorum origine Liber, morte superveniente ab eô non absolutus, curâ Barthol. Capræ vulgatus Mediolani apud Petrum Martyrem Locarnum anno 1607. in 8.

OCTAVIANUS RABASIUS. Il convito, overo discorsi di quelle matiere che al convito appartengono. Florentiæ 1615. 4. Labb.

OCTAVIANUS de TUFO. Neapolitanus è Soc. Jesu.

Commentarius in Ecclesiasticum. Lugduni fol. 1628.

OCTAVIUS BOLDONIUS Mediolanensis.

Theatrum temporaneum æternitati Cæsaris Montii Card. & Arch. Mediolanensis sacrum. Mediolani fol. 1636.

Epigraphia sive de ratione Elogiorum & inscriptionum componendorum. Perusii anno 1660. *sic Schefferus in gymnasiô styli p. 149.*

OCTAVIUS CLEOPHILUS Fanensis anteà Franciscus dictus, apud Ariminenses primum, deinde Forosempronienses humani-

maniores litteras docuit. circa an. 1480. clarus. Obiit anno 1490. Voss. de H. L. lib. III. c. 10.

Anthropotheomachia & alia Opuscula. Fani an. 1516. excusa ab Hieron. Soncinô.

OCTAVIUS FALCONERIUS. De Nummo Apamensi, Deucalionæi diluvii typum exhibente dissertatio. Romæ in 8. *Vide Ephemerides Gall. T.*III. p. 175.

Inscriptiones athleticæ. in 4. Romæ an. 1668.

OCTAVIUS FERRARIUS Nobilis Mediolanensis & Eques, litterarum humaniorum in Academiâ Patavinâ Professor.

De Re Vestiariâ Veterum Libri VII. Patavii 1642. in 8. & deinde auctiores II. Vol. cum iconibus in 4. Ibidem anno 1654. ap. Paulum Frambottum.

Variarum inscriptionum atq; Elogiorum Liber. ib. 4. 1647.

OCTAVIUS LANZAVECCHIA Italus è Soc. Jesu.

Narratio de Vita & Morte Federici Card. Borromæi Arch. Mediolan. sine auctoris nomine. Mediolani 1632. 12. v. Alegamben p. 36.

OCTAVIUS PANCIROLLA. Vide de eo Nicii Erythræi Pinac. III. num. 53.

Tesori nascosti di Roma. Romæ in 8. an. 1625.

OCTAVIUS RUBEUS sive Rossus, JCtus & Patricius Brixiensis, ex illustri Rubeorum Parmensium familia oriundus.

Memorie Bresciane, opus historicum & omnis antiquitatis thesauris refertum. Brixiæ an. 1616. 4.

Elogia Historica illustrium Brixianorum, Italicè ib. 1620. 4.

OCTAVIUS de STRADA à Rosberg Jacobi filius, civis Romanus & Rudolphi II. Imp. antiquarius.

Vitæ Cæsarum, Imperatorumq; Romanorum Orientalium & Occidentalium à C. Julio Cæsare ad Mathiam Austriacum. Francofurti in fol. cura Octavii Stradæ fil. editæ an. 1615.

Symbola Pontificum, Imperatorum, Regum ac Principum. Pragæ 1601. in fol.

ODAXIUS Vetus Cebetis Tabulæ interpres latinus vocatur à Merico Casaubono in notis ad eam p. 225. qui fortè est Ludovicus Odaxius Patavinus, cui Polydorus Virgilius Libros de Rerum inven. dicavit.

ODDO ASTENSIS, Monachus Benedictinus.

Expositio in Psalmos ad Brunonem Signinum, extat unà cum Brunonis hujus Operibus impressa.

ODO abbas S. Martini Tornacensis primùm, deinde anno 1105. Episcopus *Cameracensis*. Obiit Aquicincti in exilio an. 1113. V. Labbæum Tomo II. p. 128. de S. Ec-

Ex-

Expositio Canonis ❧ Missæ, unà cum Joan. Feri examine ordinandorum impressa. Coloniæ in 8. anno 1563.

ODO abbas CLUNIACENSIS obiit anno 942. teste Bucelino in Menologio Bened. XVIII. Nov.

Moralia in Jobum, editore Martino Marrier. Parisiis apud Nivellium an. 1617. in 8.

ODOARDUS FIALETTI. De fundatoribus Religionum Liber, Italicè cum iconibus. Venetiis in 8. an. 1626.

OECUMENIUS Scriptor Græcus ad annum 1077. à Bellarmino de Script. Eccl. pag. 212. refertur.

Catena ex antiqnis Patribus Græcis in Acta Apostolorum & Epistolas Catholicas græcè, Veronæ apud Stephanum & FF. de Sabio an. 1532. in fol. & deinde Græcè ac latinè, interprete Joanne Hentenio an. 1630. Parisiis in fol. addita est Arethæ Expositio in apocalypsin.

OLBERTUS Abbas Gemblacensis IV. & primus ad S. Jacobum apud Eburones. Obiit Leodici anno 1148.

Vita S. Veroni Confessoris *rogante Raginero Hannoniæ Comite composita*, cum Scholiis Georgii Galopini, ad S. Gislenum in cellâ religiosi Benedictini. Montibus 1636. Typis Joan. Havart.

OLIVA SABUGO de Nantes Barrera, incola Oppidi Hispanici Alcarassi.

Nova Philosophia de hominis natura, in qua paradoxa quædam Medicorum refelluntur: *acutum scriptum vocat Schottus in Bibl. Hisp.* pag. 340. prodiit Madriti an. 1588. in 4.

OLIVERIUS BONARTIUS Iprensis Soc. Jesu Theologus, natus an. 1570.

De institutione, obligatione & religione horarum Canonicarum Libri IV. Duaci 1625. 8.

Commentarius in Ecclesiasticum. Antwerpiæ apud Meursium in fol. an. 1625.

Commentarius litteralis & moralis in Librum Esther. ibid. an. 1647. in fol.

OLIVERIUS BOWLES Anglus, Ecclesiæ Suttoniensis in agro Besfordiensi Pastor.

De Pastore Evangelico Tractatus. Londini 1655. & Genevæ an. 1667. in 8.

OLIVERIUS VREDIUS Brugensis JCtus & antiquarius.

Sigilla Comitum Flandriæ & inscriptiones diplomatum ab iis editorum, *cum expositione historica.* Brugis Flandrorum 1639. in fol. apud Kerchovium.

Genealogia Comitum Flandriæ à Balduino Ferreo usque ad Philippum IV. Hisp. Regem, variis sigillorum formis & figuris repræsentata ac in XXII. Tabulas divisa. II. Vol. Brugis 1642. fol.

Histo-

Historia Comitum Flandriæ. ibid. an. 1650. in fol.

OLYMPIODORUS Philosophus, Syriano, circa annum Chr. 470. claro, σύγχρονος.

Commentarius in priorem Platonis Alcibiadem MS. apud Sam. Petitum, cujus rei ipse testis Com. ad LL. Atticas lib. 4. cap. 2. nec non in Bibliotheca Lugduno-Batava, ubi & ejusdem Com. in Platonis Gorgiam superest.

De Vita Platonis libellus prodiit in Scholiis Merici Casauboni ad Laërtium, edit. Menagii à pag. 10. ubi & circa initium latinè translatus & notis illustratus à Jacobo Windet, extat.

OLYMPIODORUS Theologus circa annum 1076. clarus.

Catena SS. Patrum in Jobum ex XXIII. Scriptoribus collecta, & latinè reddita à Paulo Comitolo è Soc. Jesu, vulgata autem à Laurentio Cum-Dio Lugduni an. 1586. Eadem *ni fallor* cum illa, quam sub Nicetæ Heracleæ Metropolitæ nomine Patricius Junius edidit, de qua supra egi.

ONOSANDER. Strategicus sive de Imperatoris officio Liber, græcè cum int. Latinâ & observ. Nicol. Rigaltii. Lutetiæ Paris. an. 1600. 4. & deinde additis Gruteri notis in Bibliopolio Commelinianо eodem anno in 4.

ONUPHRIUS PANVINIUS Veronensis, Ordinis Erem. S. Augustini religiosus, obiit Panormi ætatis XXXIX. anno 1568. Vide de eo Elisium in Encomiastico Augustiniano. Scripta prolixè recenset Martinus Hanckius Tomo I. de Rom. Rerum Scriptoribus num. LIX. quæ ibi videri possunt, est enim Opus ejus in omnium manibus. *Omisit tamen quædam, quæ sunt:*

Pontificum Maximorũ XXVII. Elogia & imagines ad vivum depicta, imagines item XXIV. Imperatorum Rom. à C. Julio Cæsare. Romæ in fol. formis Antonii Lafrerii anno 1568.

Descriptio Triumphi Romanorum ex lapidum Monumentis Antwerpiæ forma oblonga 1596.

De Ludis Circensibus Libri II. Venetiis 1600. in fol. ap. Joan. Bapt. Ciottum, additus de Triumpho Liber, qui separatim quoque prodiit editore Leodigario à Quercu, Parisiis apud Ægidium Gorbinum an. 1575. in 8.

De l' honneur fait par les anciens Chrestiens aux corps des Martyrs, & de leurs Cimetieres & sepulchres traduit par C. D. C. Sieur de Velles. Parisiis 1613. in 8.

OPPIANUS PoëtaGræcus, sub Antonino Caracalla Imp. circa annum Chr. 215. clarus. Vide de eo Scipionem Gentilem Parerg. Lib. I. cap. 4. Ad novam ejus editionem plura habet Lambecius Tomo II. c. 7. de Biblioth. Vind.

De Venatione & piscatu Opera græcè & latinè curâ Conradi Rittershusii, cujus notæ, item Vetus Scholiastes græcus, accedunt. Leydæ in 8. an. 1597.

P. OPTATIANUS PORPHYRIUS sub Constantino M. vixit, cui Panegyricum scripsit, opus laboris varii & περιέργυ (*judicium est Boecleri libello de Scriptoribus p.* 73.) ad carnificinam ingenii potius, quàm disciplinam referendum. Mollius ludum ingenii vocaveris. Edidit Opusculum hoc Marcus Welserus Augustæ Vindel. fol. an. 1595.

OPTATUS Afer Milevitanus in Numidia Episcopus, circa annum Christi 370. clarus.

Ad Parmenianum Donati successorem Libri VII. cum observationibus Gabrielis Albaspinæi Episcopi Aurelianensis, cura Caroli Paulini Aurelianensis è Soc. Jesu Ludovici XIII. Regis Galliæ Confessionarii, Parisiis an. 1631. in fol. apud Claudium Sonnium.

Ex editione & cum notis Merici Casauboni. Londini an. 1631. quæ judicio Riveti Libro III. Critici sacri cap. 15. melior est.

ORATORUM X. Græciæ Orationes, nempe Antiphontis XVI. Andocidis IV. Isæi X. Dinarchi III. Lycurgi I. & quædam Herodis ac Lesbonactis, græcè cum interp. Alphonsi Miniati & aliorum prodierunt Hanoviæ, curante Janô Gruterô anno 1619. Typis Wechelianis.

ORDINARIUM Episcopatus Sverinensis, impressũ est Rostochii in folio per Ludovicum Diez, anno 1519.

ORIENTIUS Hispanus, Episcopus Tarraconensis sæculo VI. post natum Christum clarus. Aliis Episcopus Illiberitanus.

Commonitorium cum notis M. Antonii Delrio. Antwerpiæ Typis Trognæsii 1600. in 12. & cum Scholiis Andreæ Rivini Lipsiæ in 8. an. 1651.

ORIGENES Adamantius Clementis Alex. discipulus, Presbyter Alexandrinus, circa annum Christi 226. & seqq. clarus. Vide de eo Possevini appar. T. II. pag. 179. Bellarminum pag. 54. Labbæum Tomo II. p. 139. Olearium Abaco p. 348. Sixtum Sen. Bibl. p. 349. Horbium in Historia Origenis & inprimis Petrum Halloixium in Origene defenso.

Philocalia de obscuris S. Scripturæ locis à Basilio M. & Gregorio Theologo, ex variis Origenis Comm. excerpta, græcè cum interp. Latinâ & ann. Joan. Tarini. Parisiis in 4. an. 1618.

Contra Celsum Opus, & Philocalia græcè & lat. cum annotat. Guil. Spenceri. Cantabrigiæ in 4. an. 1658.

Homiliæ VIII. in Jeremiam ex MS. Vaticano, cum versione Jo-

an. Mathæi Caryophili & Leonis Allatii, editæ à Mich. Ghislerio unà cum Com. in Jeremiam Lugduni 1623.

Commentarius in Libri I. Regum cap. 28. de Engaſtrimytho, cum verſione & ann. Leonis Allatii ib. an. 1623. in 4.

Opera omnia quotquot græcè reperiri potuerunt, cum verſione latina cura Petri Danielis Huetii, folio T. II. Rothomagi an. 1668. & Londini apud Benjaminum Tooke. *Sunt autem Commentarii tantum in Sacram Scripturam.*

Dialogus contra Marcionitas ſive *de rectâ in Deum fide*; Exhortatio ad Martyrium; reſponſum ad Africani Epiſtolam de hiſtoria Suſannæ, Græcè primùm è MS. edita, verſiones partim correctæ, partim novæ adjectæ, cum notis, indicibus, variantibus lectionibus, & conjecturis M. Joan. Rudolphi Wetſteinii Orat. in Acad. Baſil. Profeſſoris. Baſileæ 4. anno 1674. Typis Jacobi Bertſchii.

OTFRIDUS Cœnobii Wizanburgenſis in Alſatia, nunc ad Spirenſem Epiſcopatum ſub Præpoſituræ titulo pertinentis, Ordinis S. Bened. Monachus, circa annum 900. Vide de eo Lambecii Tomum II. de Bibl. Vind. p. 416. 430. & ſeqq.

Evangeliorum Liber, Francico ſive Theotiſco rythmo compoſitus, ad Salomonêm primum iſtius nominis Epiſcopum Conſtantienſem, qui Friſingæ in turri, tempore Comitiorum Auguſtanorum, à B. Rhenano inventus fuit, quod ille Libro II. pag. 112. rerum Germ. ipſe affirmat. Eundem MS. ſe in Bibl. Francofurtana reperiſſe tradit Olearius in abaco p. 350. Extat & in Bibl. Vindobonenſi, ex quo Codice notabilem lacunam in edito exemplari occurentem explet paullò ante laudatus Lambecius pag. 432. citati operis. Typis autem illum primus excudi curavit Mathias Flacius cum præfat. ſua & indice Baſileæ an. 1571. Conſtat V. ſectionibus, & oblatus eſt *juxta Lambecium quidem* Liutberto Archiepiſcopo Moguntino, qui anno Chr. 889. mortuus eſt peculiari quâdam lectu digniſſima præfatione Latina.

OTHLONUS Fuldenſis Monachus ſub Othone III. vixit.

De Vitâ & geſtis S. Pyrminii Metenſis Epiſcopi; liber dicatus Liudolfo Archiepiſcopo Trevirenſi, qui anno 1008. deceſſit. Extat apud Chriſtoph. Browerium in Sideribus illuſtrium Germ. Virorum.

OTHO de GVERICKE civitatis Magdæburgenſis Conſul, & Sereniſſ. Electori Brandeb. à Conſiliis.

Experimenta nova Magdeburgica de vacuô ſpatio; acceſsêre de

aëris pondere circa terram; de Virtutibus mundanis, & systemate Mundi Planetario; de stellis fixis ac immenso illo spatio quod tam intra quàm extra illas funditur, quædam curiosa. Libris VII. Amstelodami apud Joan. Jansonium à Waesberge 1672. in fol.

OTHO LUPANUS In Opusculum Luciani de Deâ Syria Commentarius, Italicè Mediolani anno 1540.

OTTOCARUS à HORNECK Eques Styrus, sub Rudolpho I. & Alberto I. Impp. floruit.

Chronicon GermanicumRhytmicum rerum gestarum *dictorum Imperatorum* MS. in Bibliotheca Cæsarea Vindob. unde editionem molitur Cl. Petrus Lambecius.

OVIDIUS NASO Poeta Latinus, sub Augusto Imp. clarus, à quo in Pontum relegatus fuit. *Vide de eo Gyraldum in historia Poetarum, Vossium de Poetis Latinis.*

Operum ejus præcipuæ editiones sunt, cum Variorum Notis Francofurti apud Marnium in folio anno 1601. divulgata.

Emendatissima est, quam Nicolaus Heinsius ad MSS. codices plures emaculavit & in III. Tomos divisam, notisque criticis illustratam Amstelodami ex officina Elzeviriana an. 1661. edidit, quam secuta illa Burchardi Cnippingii, itidem Tomis III. Lugd. Batavorum ex officina Hackiana 1670. in 8. divulgata.

De Vetula Libri III. qui sub ejus nomine, à barbaro quodam Poetastro ante aliquot sæcula confícti sunt, Lubecæ an. 1471. lucem viderunt.

OVIDIUS MONTALBANUS civis Bononiensis, Doctor & Eques, Professor in patriâ Botanicus.

Minervalia Bononiensium anademata seu Bibliotheca Bononiensis, cui accessit antiquorum Pictorum & Sculptorum brevis Catalogus, sub Joan. Antonii Bumaldi nomine. Bononiæ 1641. in 24. typis hæredum Victoris Benatii.

Bibliotheca Botanica seu herboristarum scriptorum promota Synodica, cui accessit individualis graminum omnium ab auctoribus hucusque observatorum numerosissima Nomenclatura ibid. in 24. an. 1657.

Dendrologia sive de arboribus Libri II. ex Ulyssis Aldrovandi collectaneis digesti ab Ovidio Montalbano fol. Bononiæ an. 1668.

Hortus Botanographicus. Bononiæ 8. 1660.

P.

PACIANUS Episcopus Barcinonensis circa an. 360. obiit Theodosio imperante.

Epistolæ III. contra Novatianos: & Paræneticus ad pœnitentiam:

tiam: libellus item de baptiſmo Romæ an. 1564. Paræneticus etiam impreſſus eſt unà cum Claudiano Mammerto & Herma, edit. Barthii.

PACIFICUS MAXIMUS patria Aſculanus, circa annum cIↄIↄ. vixit.

Libri II. carmine de Lucretiâ, quæ vim paſſa à Tarquinio manus ſibi attulit: & Libri totidem de Virginia à patre Virginio interempta, cum eam Appius Claudius ſtupro deſtinaſſet. Fani an. 1506. Vide Voſſium de Hiſt. Lat. Lib. III. c. 9.

PAGANINUS GAUDENTIUS Helvetius, JC. & Theologus, Profeſſor Eloq. in Academia Piſana, ante paucos annos clarus.

1. *Chartæ palantes*, ſive orationes & Poemata. Florentiæ 4. 1638.

2. Facta Alexandri M. Italicè. Piſis in fol. an. 1645.

3. De candore Politico in C. Tacitum diatribæ XIX. ib. 1646 4.

4. De Moribus ſæculi Juſtinianæi Liber Florentiæ 1637. 8. & Argentorati 1650. in 8.

5. Velitationes contra Chamieri Panſtratiam. Romæ 1627. 8.

6. De Philoſophicis opinionibus veterum Patrum. Piſis 4. 1643.

7. De peregrinatione Philoſophica Italicè. ibid. 4. eod. an.

8. Inſtar Academicum & carmina varia. Florentiæ 4. 1639.

9. *Obſtetrix litteraria* ſive de componendis & evulgandis Libris diſſertatio. ibid. 1638. in 4.

10. La Galleria del' inclito Marino. in Piſa per Ferdin. Chelli 1648. 8.

11. La Vita di Cleopatra. in Piſa in 4. an. 1643.

12. Expoſitionum Juridicarum Opus; additamenta Critica. Florentiæ 1631. 8.

13. *Salebræ Tertullianeæ* ſive difficiliora ejus loca complanata. ib. 1639.

14. Comparatio dogmatum Origenis cum Philoſophia Platonica. ibid. eod.

15. De Pythagorica animarum transmigratione Liber ib. 1641. 4.

16. De Philoſophiæ apud Romanos origine & progreſſu. Piſis 1643. 4.

17. De prodigiorum ſignificatione Liber. Florentiæ ap. Amatorem Maſſam in 4. 1638.

18. De evulgatis Imperii Rom. arcanis: cum exercitatione geminâ de funere heroum & Cæſarum. ib. in 4. an. 1640.

19. De dogmatibus ac ritibus Eccleſiæ Veteris, ex ipſorum hæreticorum, Calvinianorum præſertim teſtimoniis. Romæ 1625. 8.

20. Declamationes. Florentiæ 1630.

21. Particularia bellorum in Germania, Italicè. Florentiæ 1640. 4.

22. Accrescimento dell'Academia disunita. Pisis 1644.

PALLADIUS Galata sub Theodosio M. Imp. vixit. *Vide Vossium Lib. II. cap. 19. de Hist. Gr.*

Vitæ Sanctorum aliquot, sub titulo *Historiæ Lausiacæ*, quia nuncupata est Lauso præfecto. In libris quibusdam inscribitur, *Paradisus Heraclidis*, sed falsò. Primus eum græcè vulgavit Joan. Meursius, Lugduni Bat. in 4. an. 1616.

PALLADIUS incertæ ætatis Scriptor Græcus.

De gentibus Indiæ & Brachmanibus Liber è Bibl. Regis Angliæ primum græcè cum interp. latinâ editus ab Edoardo Bissæo Equite auratô; accedunt anonymi Tractatus, & Ambrosii cujusdam de iisdem Libellus. Londini Typis Th. Roycroft 1665. in 4.

Edere eum quoq; voluit Lucas Holstenius Tomo I. Syntagmatis Geographici, teste Lambecio Tomo I. de Bibl. Vindob.

PALLADIUS FUSCUS Patavinus, circa annum 1470. juxta Vossium Lib. III. cap. 8. de Hist. L. clarus, sed Joan. Lucius in Historia Dalmatica eum anno 1540. floruisse tradit.

De situ Oræ Illyrici Libelli II. Reverendiss. Gaspari Card. Contareno Veneto inscripti, extant apud dictum Lucium à pag. 451. seqq. Vide de eo Scardeonii antiq. Pat. Lib. III. classe 10.

PAMPHILUS PERSICUS Italus.

QVINTUS Calaber Poeta. Paralipomena sive derelicta Homeri de bello Trajano græcè & latinè cum adnotationibus Claudii Dausquei è Societ. Jesu addita Cointi Smyrnæi ἡ ἱς ἁλωσις. Francofurti in 8vo, anno 1604. apud Aubrios.

R.

RABANUS MAURUS, Albini Flacci auditor, ac ex IV. Cœnobii Fuldensis Abbate, sextus factus Episcopus Moguntinus. Obiit anno Chr. 857. *teste Schafnaburgensi ad h. annum.*

De Laudibus S. Crucis, opus mirificum, ingeniosum & laboriosum, opera Jacobi Wimphelingii Phorcæ an. 1503. in fol. editum.

Glossarium Latino - Theotiscum in Biblia sacra Veteris & Novi Testamenti, antiquæ Lingvæ Germanicæ, qualis Imperatoris Caroli M. ævo in usu fuit, explicandæ & illustrandæ inserviens, MS. in Bibl. Vindobonensi, unde ejus editionem pollicetur Clarissimus Lambecius in Catalogo Operum prop. p 47.

Opera omnia in Tomos VI. divisa, curâ & cum annotationibus Georgii Colvenerii. Coloniæ anno 1627. folio, Typis Antonii Hierati.

Sepher RABBOS, de quo Opere consule Buxtorfii Bibliam Rabbinicam pag. 326. nuperrimè iterum prodiit Wilhermsdorffii anno Christi 1673. una cum Mattenos Cehynna, teste Dassovio 6. 2.

RADULPHUS ARDENS Pictavus, ex vico qui vulgo *Beaulieu* dicitur, in agro Berchoratum ortus. Gvilielmo Duci Aquitaniæ

niæ à concionibus aulicis circa annum 1050.

Homiliæ in Evangelia & Epistolas totius anni, editæ à Claudio Fremy, Antwerpiæ apud Petrum Bellerum in 8.an.1576.

RAGUEL CordubensisPresbyter circa annum 900. circiter vixit.

Vita ac passioS.Pelagii,martyris Cordubensis, passi anno Christi IↃCCCCXXV. cum Scholiis Ambrosii Moralis edidit Schottus Tomo IV. Hispaniæ illustratæ.

RAIMUNDUS de AGILES Canonicus Podiensis,expeditioni in Orientem anno cIↃ XCV. interfuit.

Historia Francorum, qui ceperunt Hierusalem. Extat Tomo I. Historiæ Orientalis, quæ inscribitur *Gesta Dei per Francos.*

RAINARDUS de Laudenburg Ordinis Aug. S. Theologiæ Lector. Passio prædicata e IV.Evangelistis. Noribergæ 1501. *Olearius in Abaco.*

RAINERUS de PISIS Ordinis Prædicatorum circa annum Christi 1300. vixit.

Summa Theologica sub PANTheologiæ titulo prodiit Norībergæ anno 1473.per Joan.Sensenschmid de Erga & Henricum Köler de Moguntia.

RANGERIUS quidam filius in spiritualibus D. Anselmi Episcopi Lucensis, scripsit vitam Patris sui & Præceptoris. MS. ea in Cœnobio Cassinensi teste Const.Cajetano in præfatione ad anonymum Collectionis ex Petro Damiani auctorem, editum unà cum Damiani Operibus.

RAPHAEL AVERSA Sanseverinas.

De fide,spe & charitate Tractatus Theologicus.Venetiis 4.1660.

Philosophia Physicam & Metaphysicam complectens. Bononiæ in 4to. 1650.

RAPHAEL BORGHINUS. Il riposo, in cui della pittura e della scultura si favella, de più illustri pittori è scultori, e delle piu famose opere loro si fà mentiõe,e le cose principali appartenenti a dette ertis' insegnano.In Fiorenza 1584.8.

RAPHAEL MAFFEJUS Venetus,TheologusOrd.Servorum.

Sermones III.in gratiam eorum qui juxta Evangelia Missalis reformati concionantur. Impressi unà cum D.Anton. de Padua Minoritæ sermonibus Dominicalibus moralissimis super Evangelia totius anni. Venetiis in 8vo.apud Joan.Ant. Bertanum an.1574. *Ita Verderius in Suppl.p.46.*

RAPHAEL RIPA. Commentaria ad Thomam Aquinatem de ente & essentia. Forolivii anno 1626.

RAPHAEL TRICHETUS du Fresne Burdegalensis.

Epistola de Charondæ effigie in Catanensi Nummo argenteo expres-

expressa, ad V. C. Petrum Segvinum D. Germani in Urbe Antistitem. Parisiis anno 1658. in 8vo.

Catalogus ejus Bibliothecæ quàm pluribus rarissimisque Libris refertissimæ, post mortem prodiit anno 1662. in 4to Parisiis apud viduam & hæredes.

RAPULARII cujusdam Sermones in Evangelia haberi in membranaceo Codice Cygneæ in Bibliotheca publica ait Christ. Daumius Epist. 84. ad Reinesium.

RASIEL Liber Hebræus Cabalisticus & magicus, inter Judæos hodieque celebris. *Continet ille Nomina Angelorum & Spirituum variorum ac docet quomodo tam boni quàm mali sint conciliandi, quomodo cum Sole & Luna loquendum, quomodo morbi procurandi iidemque iterum curandi, civitates evertendæ, terræ motus excitandi &c.* Est autem duplex, major & minor, uterq; fuit apud Dan. Schwenterum Professor. Altorfinum, teste Buxtorffio Bibl. Rab. pag. 408.

RATPERTUS Thuregiensis (*qui pagus est Tigurinorum*) Monachus Monasterii S. Galli temporibus Ludovici III. & Caroli Crassi fuit. *Vide de eo Goldastum in prœloquio ad Scriptores Rerum Aleman.*

Historia de diversis casibus Monasterii sui à S. Gallo ad Bernhardum Abbatem. Edidit eam laudatus Goldastus inter Scriptores Rerum Alem.

RAYMUNDUS BRETON Ordinis Præd. Monachus.

Catechismus & Lexicon Caraibo Gallicum. Antissiodori 8. 1665.

RAYMUNDUS JORDANUS Ordinis S. Aug. Canonicus Regularis, Uticensis primùm an. 1481. deinde Cellensis ad Carum in Biturigibus Cubis Abbas.

Opera omnia (ex quibus non nulla diu sub Idiotæ nomine latuerunt. *Vide Placcium de Script. Pseudon. pag. 212.* nimirum: *Contemplationes XI. Tract. de B. Virgine: de statu religioso* L. III. *de Oculo spirituali: Regulæ Vitæ Christianæ: in XV. Psalmum paraphrasis* Parisiis anno 1654. excusa sunt, editore P. Boulartio Canonico Regulari.

Oculus mysticus editore Th. Raynando. Lugduni 1641.

RAYMUNDUS LULLIUS ex insula Majoricâ oriundus, apud Regem istius Insulæ ad XL. usqve vitæ suæ annum magno in honore vixit; Parisios deinde profectus ita studiis Operam impendit, ut tandem D. Theol. crearetur. Africam post hæc ingressus, cum ibi fidem Christianam publicè prædicaret, circa annum 1315. Martyrii reportavit coronam. Plura de eo dabunt *Schottus in Bibl. Hispan.* Lib. III. *pag. 599. Morbofius libello de Metallorum transmutatione*

catione p. 121. & seq. Bzovius ad annum Christi 1372. Raynaudi Erotem. de Libris P. 1. n. 246.

Contemplationum Divinarum Libri II. Parisiis an. 1605. in folio.

Liber de Laudibus Virg. Mariæ: de natali Christi: Phantasticus. ibid fol. 1499.

Liber de Conceptione B. Virginis Latinè cum interp. Hispanica Alfonsi de Zepedæ. Bruxellis in 8. anno 1664.

RAYMUNDUS MARTINI Gotalanus Ordin. Prædic. sæculo XIV. clarus. Vide supra v. PETRUS GALATINUS. *Colomesii Gall. Orient. p. 151. Olearii abacum p. 398.*

Pugio fidei adversus Mauros & Judæos, editore Josepho de Voisin Senatore Burdegalensi, è MS. Collegii Fuxensis, notis illustratus. Parisiis in folio, an. 1651.

RAYMUNDUS PASQVALIUS Ordinis Præd. S. Theol. Doctor. Commentarius in IIX. priora cap. Epistolæ ad Romanos. Barcinone 1597. f. Com. in ejusdem caput IX. ibid. an. 1600. in 8.

RAYMUNDUS de SABUNDE Hispanus, docuit in gymnasio Tholosano sub annum 1430. teste Trithemio clarus.

Theologia Naturalis Argentorati à Martino Flachio anno 1496. excusa fuit.

REBECCA filia R. Meir. Tiktinar, fœmina inter Judæos docta, scripsit Libellum מנקת רבקה sive *Porta Rebeccæ* germanicè, quem imprimi quoque curavit, teste Cl. *Wagenseilio obs. ad Librum Sota. p. 192.* ubi ejus præfationem ad Lectores ponit.

REGIMEN sanitatis Anglorum Regi ex Parisiensi Gymnasio missum versibus Leoninis conscriptum, & Germanicis aliis redditum. Subscriptio finalis sic se habet: *Expressa sunt hæc in florentissimâ Urbe Brunsvigio per Joannem Dorn; imposita supremâ manu quinto Iduum Junii anno Christi 1509.* Principium est:

Anglicorum Regi conscripsit schola solennis
Ad regimen vitæ præsens hoc Medicinale.
Die Schole to Pariß heft geschreven und gesand
Dem Edlen Konninge van Engeland (Selien
Dith gegenwardige Arstedie Vo-
Wu de Minske schal regiren dat
Levent fien.

Meminit Placcius de scriptoribus anonymis cap. 4.

REI AGRARIÆ Scriptores legesq; variæ, curâ Wilielmi Goesii, *Castri Bouchorstiani Domini, in Curia Hollandiæ Senatoris* editi, additis indicibus, antiquitatibus agrariis & notis, nec non Rigaltii notis, Observ. & glossario, cum multis figuris. Amstelodami in 4. anno 1674.

Auctores sunt isti:
Siculus Flaccus: Jul. Frontinus: Aggenus Urbicus: Simplicius Hyginus: Innocentius, Marcus Baro: *Vitalis: Arcadius: Cajus: Theodosius*: Latinus: Mysrontius: *Mago: Faustus: Valerius*: *Dolabella: Isidorus: incerti aliquot.*

REGNER de GRAEF Medicus Delphensis.

De Mulierum organis, generationi inservientibus Tract. novus demonstrans tàm homines & reliqua animalia omnia vivipara, haud minus quàm ovipara ab Ovo originem ducere ad Cosmũ III. Florentiæ Ducem M. Lugd. Bat. ex offic. Hackiana 1672. 8.

De membro virili Liber. ibid. ex eadem anno 1668. in 8.

Epistola de nonnullis circa partes genitales inventis novis. ibid. 16. 1668.

REGNERUS de WAEL Patavus. Poëta facetus. Andreæ p. 789.

Carmen elegiacum de Vacca Dordracensi quam luto circumlitam possessor velut aliam & ignotam vendidit: *de III. qui anseris avidi in foveam ceciderunt*: Barta *& maritus ejus per Studentem Parisiensem decepti.* Leidæ Typis Joan. Severini 1509. in 4.

REMBERTUS Frisius, secundus Archiepiscopus Hamburgensis, obiit circa annum 888. *Vide Voss. de Hist. Lat. Lib. II. c. 37. Adamum Bremensem* Lib. I. *c. 31. Baronium ad an. 826. & 858.*

Vita S. Ansgarii decessoris sui, ex Bibl. S. Germani Parisiensis codice MS. à Petro Lambecio unà cum Tomo suo I. Rerum Hamb. publicata, *notulis illustrata.*

REMIGIUS Episcopus Rhemens.

Explanationes in Epistolas S. Pauli ex veteri MSS. S. Cæciliæ Romæ trans Tyberim primum editæ curâ Joan. B. Villalpandi Cordubensis e Soc. Jesu an. 1598. & Moguntiæ Typis Joan. Albini anno 1614. in folio.

Rivetus in Critico L. IV. cap. 27. falsò illas Remigio tribui, sed potius esse Haymonis Halb. sub cujus nomine etiam typis olim excusus fuerit, probare contendit. Vide ipsum. Dubitat de iisdem Raynaudus de Libris pag. 153. & vel Remigii Episcopi Lugdun. vel Haymonis esse putat. Confer Placcium de psevdonymis p. 247.

RENATUS BOIVIN Andegavensis, sculptor & chalcotypus.

Illustrium Philosophorum & Poetarum Veterum XII. effigies ex antiquis tum marmoreis, tum æneis signis ad vivum expressæ Lutetiæ Paris. 1566. in fol.

RENATUS CHOPPINUS Andegavius JCtus.

De Legibus Andium Municipalibus Libri III. Parisiis ap. Mich. Sonnium an. 1600.

De

De sacra Politia Libri III. ibid. ap. Laur. Sonnium 1609.

RENATUS MOREAU Andegavensis, Doctor. Medic. Parisiensis & Professor Regius.

De venæ sectione & missione sanguinis in plevritide. Parisiis 1622. in 8. apud Abrah. Pacard.

RENATUS FRANCISCUS SLUSIUS Ecclesiæ Cathedralis S. Lamberti apud Leodicenses Canonicus & Sereniss. Principis Electoris Colon. Consiliarius intimus.

Mesolabium sive duæ mediæ proportionales inter extremas datas per circulum & per infinitas hyperbolas vel Ellipses & per quamlibet exhibitæ &c. Leodii 4. 1668. *Vide Acta Anglicana Tomô ultimô.*

RESTAURUS CASTALDUS JC. Perusinus.

Commentarius super instituta. Perusii in ædibus Hieron. Francisci Carthularii an. 1532.

RHEGINO PRUMIENSIS Abbas circa annum Ch. 904. clarus.

Libri II. de disciplina Ecclesiastica Veterum imprimis Germanorum, è Codice Bibl. Helmæstadiensis editi primùm curâ Joach. Hildebrandi, Helmæstadii in 4. anno 1659. & deinde cum Notis Stephani Baluzii Parisiis in 8. anno 1671.

Chronicon à Nativitate Chr. ad annum IↃCCCCVIII. opera Sebast. Rotenhan JCti & Equitis aurati, Moguntiæ 1521.

RHETORES Græci antiqui. Vide supra v. ORATORES.

RICHARDUS de BURY Episcopus Dunelmensis, Eduardi III. Regis Anglorum Cancellarius & & Thesaurarius.

Philobiblon sive de amore librorum & institutione Tractatus Oxoniæ apud Josephum Barnesium anno 1599. in 4. Extat etiam ad calcem Melch. Goldasti Epistolarum Philol. edit. 1674.

RICHARDUS de HAMPOLO. Cœnobio Sanctimonialium, quatuor plus minus milliaribus ab oppido Duncastro in agro Eboracensi sitô, ubi iste vitam Eremiticam egit, & anno 1349. obiit, *uti Pitseus quidem de Script. Angliæ fol. 465. docet, & ex eo Olearius in abaco pag. 406.*

In Psalterium, Threnos, & aliquot capita Jobi enarratio, cum aliis ejusdem Opusculis, libro de emendatione peccatoris, excusa Coloniæ anno 1536. curâ Joannis Fabri ab Haylbrun Dominicani *apud Melch. Novesianum.*

RICHARDUS HANNIBALDENSIS, Dominus arcis Molariæ in Latio, infra montes Tusculanos, nobilis Romanus, Diaconus Card. S. Angeli, & Abbas Casinensis, circa an. Dn. 1256. clarus, sepultus est Casini, cùm sedisset annis septem *teste Placido cap. I. auctarii ad Petrum Diaconum*

Epitaphium ejus, quod ad hunc Placidi locum Joan. B. Marus adfert, adparebit *in Monumentis nostris sepulchralibus.*

Expositio super Regulam S. Benedicti. MS. in Biblioth. Casinensi.

RICHARDUS LOWER Medicinæ D. Anglus.

De Corde Tractatus, item de motu ac calore sanguinis. Londini in 8. impensis Jacobi Alestry an. 1669.

RICHARDUS de MEDIAVILLA Anglus, Ordinis Minorum. Claruit anno 1290.

Commentatio in quartum Librum Sent. Parisiis 1504. in 4. Joan. Klein Alemanni Typographi impensis. Olear. p. 407.

Super IV. Sententiarum Libros II. Vol. Brixiæ an. 1592.

RICHARDUS MONTACUTIUS Anglus, Obiit anno 1641. *Vide de eo Riveti Criticum Lib. II. c. I.*

Gregorii Naz. invectivæ II. in Julianum cum græcis scholiis. Etonæ anno 1610.

Origines Ecclesiasticæ de vita D.N.I.C. fol. Londini 1640. Analecta Ecclesiastica. ibid. an. 1622.

RICHARDUS SHARROCK Anglus.

Historia propagationis & proventus vegetabilium adjumento artis & naturæ. Oxonii 1672. 8.

RICHARDUS STANIHURSTUS Dubliniensis.

Descriptio Hiberniæ & de rebus in Hibernia gestis L. IV. Antwerpiæ in 4. apud Plantinum 1584.

De vita S. Patricii Libri II. ad Alex. Farnesium Parmæ & Placentiæ Ducem. ibidem Typis Plantinianis an. 1587. in 4.

RICHARDUS STREINIUS Liber Baro Austriacus de Schwartzenau, Consiliarius Cæsareus, circa annum 1600. obiit.

Romanarum gentium familiarumq; stemmata ex officina Henrici Stephani 1559. in f.

RICHARDUS de S. VICTORE Scotus, Canonicus Reg. S. Augustini Cœnobii ad S. Victorem Prior, vixit circa annum 1130.

Opera omnia in II. partes distributa. Coloniæ Agrip. apud Joan. Gymnicum 4. 1621.

Eadem Rothomagi fol. 1651.

RICHARDUS ZOUCHEUS Juris Civilis Professor publicus Oxonii circa annum 1659.

Quæstionum Juris Civilis Centuria in X. classes distributa. Oxonii impensis Thomæ Robinson 12. an. 1659.

ROBERTUS ANDERSON Textor Sericarius in Anglia.

Stereometricæ propositiones variæ applicabiles, sed speciatim intentæ ad mensurationem doliariam. Londini in minori 8. 1668.

Ste-

Stereometria promota sive appendix ad prædictum Opus. ibid. sumpt. Josuæ Coniers 1669. in 8.

ROBERTUS ARNESIUS de Normanvilla.

De justitia divinâ & humanâ, utriusque origine ac progressu, virtute & laudibus justitiæ & legum Mundi omnium Liber. Parisiis 4. ap. And. Wechelum 1560.

ROBERTUS BELLARMINUS Marcelli II. Papæ Sororis, Cynthiæ Cervinæ filius, patriâ Politianus Italus, è Soc. Jesu Presbytero, S. R. E. Cardin. ac Paullo V. & Gregorio XV. à secretioribus Consiliis. Obiit ætatis LXXIX. anno 1621. XVII. Sept.

De Scriptoribus Eccles. Opusculum Parisiis 1616. cura Jacobi Sirmondi *qua editio reliquis præstat*: nisi ea melior fuerit quam nuper Phil. Labbæus è Bibl. suâ & Typogr. Regiâ emisisse fertur.

Disputationum de fidei Christianæ Controversiis Tomi III. Ingolstadii apud Davidem Sartorem anno 1590. in fol.

Tractatus de potestate Pontificis Romani in Temporalibus adversus Guiliel. Barclajum. Romæ per Barthol. Zannettum. an. 1610. *Censurâ notatus & vetitus in Galliâ.* Sententiam supremæ Parisiensis Curiæ subjunxit D. Georg. Calixtus Libro suo de Conjugio Clericorum. *Plura de Bellarmino* vide apud Jacobum Fuligattum qui ejus Vitam prolixo volumine descripsit, & Olearium in Abaco p. 409. Adde Bosii Prof. Jenensis olim, Diss. de notitia Script. Eccl. cap. 2. §. 3. & Jani Nicii Erythræi Pinac. I. imag. 47.

ROBERTUS BOYLE Anglus, Armiger, Societatis Regiæ in Anglia Socius.

1. De origine & virtutibus gemmarum specimen Anglicè Londini 8. anno 1672. Latinè verò per C. S. Hamburgi 12. 1673.

2. Considerationum concernentium utilitatem Experimentalis Philosophiæ naturalis Tomus I. partibus II. Anglicè. Oxoniæ 1664. in 4.

3. Tomus II. continens partis II. Sectionem alteram Anglicè. ibid. an. 1671. 4.

De Cosmicis Rerum qualitatibus, de temperie subterranearum & submarinarum regionum, & de fundo maris, cum introductione ad historiam qualitatum particularium Oxonii 1670. 8. Anglicè & Anglicô-Latinè Amstelodami 1671. 12.

5. Exercitationes de atmosphæris corporum consistentium; deq; mirâ subtilitate, determinatâ naturâ & insigni vi effluviorū, subjunctis experimentis novis ostendentibus posse partes ignis & flammæ reddi stabiles, ponderabilesque: unà cum detectâ penetrabilitate Vitri à ponderabilibus par-

Partibus Flammæ. Ex Anglico Latinè. Londini Typis Guil. Godbid, impensis Mosis Pitt. 12. 1673.

6. The origine of the formes and qualities. Oxford. 8. 1667. sive Origo formarum & qvalitatum juxta philosophiam corpuscularem cōsiderata & Exprimentis illustrata Latinè Oxonii 1669. 12.

7. Tractatus de inventione admirabilis rarefactionis aeris (etiam absqve calore) & alia de aere. Anglicè Londini 1670. 4to. apud Herringman. Latinè 1671. 12mo. Amstelodamo.

8. Historia fluiditatis & firmitatis. Amstelodamo 1667. in 12. latinè.

9. Tentamina physiologica diversis temporibus & occasionibus conscripta. Latinè 1667. 12. Amstelodamo.

10. De absoluta quiete in corporibus. Latinè Amstel. 1671. 12.

11. Paradoxa Gydrostatica. Roterod. 12mo. 1670.

12. Nova experimenta physicomechanica de Vi aeris Elastica. 8. Oxoniæ 1661.

13. De Coloribus Tractatus. Londini 12. 1665. Roterdami 12. 1671

ROBERTUS CARAZOLUS de Licio Ord. Minorum & Episcopus Aprucii Urbis, anno D. 1486.

De amore divinorum officiorum quo Libro mysticè exponit verba S. Joannis: *vidi alterum Angelum volantem* per Conciones, ad Joan. de Arragonia Ferdinandi Siciliæ R. filium Neapoli an. 1493. Olearius in abaco.

ROBERTUS DUDLEIUS Anglus, Joannis DudlejiDucis Northumbriæ filius, Comes Leicestriæ, Academiæ Oxoniensis Cancellarius obiit anno 1588.

Arcano del Mare Libris VI. Tomis II. folio majori Florentiæ anno 1661.

ROBERTUS de EUROMODIO Monachus Claravallensis.

Commentarius in Distticha Catonis Petro de Salutiis generosæ mentis adolescenti inscriptus. Antw. ap. Gerardum de Leew in 4. 1485. Basileæ 1486. Daventriæ 1496. per Jacobum de Breda & ibid. 1497. per Richardum Paffroed, quas editiones recenset Vischius pag. 290. Bibl. Cist.

ROBERTUS de FLUCTIBUS Medicus & armiger Regis Angliæ.

Anatomiæ Amphitheatrum, Francofurti anno 1623. Sumtibus Joan. Theodorus de Bry in fo-

Philosophia Mosaica. Goudæ excudit Petrus Rammazenius in folio anno 1638.

Historia majoris & minoris Cosmi. Oppenheimii anno 1617. in folio.

ROBERTUS FRANCKLIN S. Th. Baccalaureus, Elsworthiæ in Anglia anno 1629. vixit.

Opero-

Ορθολογία sive Tractatus de Tonis in Lingua Græcanica. Londini in 12. impensis Thom. Holder. 1673

ROBERTUS HOLCOT Anglus, Ordinis Præd. anno 1349. vixit.

Liber allegoriarum super fabulas Ovidii. *Lipsiæ MS. apud Sebastian. Knüpherum* teste Oleario in abaco. pag. 412.

ROBERTUS HOOKE Professor Geometriæ in Greshamensi Collegio, Socius Regiæ in Anglia Societatis.

Micrographia sive physiologicæ descriptiones minutorum Corporum factæ per vitra majorativa, Anglicè in folio Londini. *Vide Eph. II. pag. 478.* Gallicas.

Animadversiones in primam partem Machinæ Cœlestis Joan. Hevelii. Londini exc. T. R. for Joh. Martyn in 4. an. 1674.

ROBERTUS JOHNSTONUS Scoto-Britannus.

Historia Rerum Britannicarum Amstelodami fol. anno 1655.

ROBERTUS MESSIER Ordinis Minorum, S. Th. D. Parisiensis.

Sermones super Epistolas & Evangelia totius Quadragesimæ. Parisiis 8. apud Joan. Andr. Boucard. 1531.

ROBERTUS MORISON Professor Medicinæ in Academia Oxoniensi.

Hortus regius sive Præludia Botanica. 8vo. Londini 1669. impensis Jacobi Alestri. *Prior pars continet Catalogum omnium plantarum, quæ in regio Blæcensi horto extant. Pars verò* II. *observationes in* Bauhini *Pinacem & in Joan.* Bauhini *stirpium historiam.*

M. ROBERTUS PAULULUS Ambianensis Ecclesiæ circa annum 1174. Clericus.

Libri III. de officiis Ecclesiasticis in codice Corbejensi MS. extant, teste Dacherio præfat. Tom. 1. Spicilegii pag. 9.

ROBERTUS à PORTA Bononiensis ante aliquot Sæcula Res Romanas ab U. C. ad Constantini usque Tempora contexuit, *is Liber à Cl. Senatore Paulo Petavio commodatus, sæpè nobis in recensendis hisce scriptoribus non fuit inutilis, ait Casaubonus ad Spartiani Adrianum p. 6.*

ROBERTUS RUSCA, nobili apud Novocamenses in Italia exortus familiâ, Monachus Congreg. Lombardicæ Ord. Cist.

Breve Compendio d' alcuni huomini illustri per dignita, santitita e dottrina Mediolani 1598. 4.

ROBERTUS. TITIUS Burgensis, Verderio dictus in supplem. p. 47.

Locorum Controversorum Libri X. in quibus plurimi Veterum Scriptorum Loci conferuntur, explicantur & emendantur. Florentiæ in 4. anno 1584.

Assertiones pro suis Locis. ibid. 1589. in 4to.

Ro-

ROBERTUS VALTURIUS, memoratur à Jovio, Elogio Doctorum CXXXI.

De Re militari Libri XII. ad illustriss. Sigismundum Pandulphum Malatestam Ariminensium Regem. Veronæ anno 1483. in folio.

ROBERTUS WINGFELDIUS Eques auratus, Henrici IIX. Anglorum Regis ad Maximilianum Imp. Orator.

Nobilissima disceptatio super dignitate & magnitudine Regnorum Britannici & Gallici, habita ab utriusque Oratoribus & Legatis in Concilio Constantiensi Lovanii an. 1517. Typis excusa. *Meminit Usserius Antiq. Eccles. Brit. cap. 11.*

ROBERTUS WITTIUS Medic. D.

Responsio ad hydrologiam chymicam Wilh. Sympsoni, Anglicè apud Joan. Martyn Londini anno 1669.

ROCHUS de HUERTA. Recopilatio notarum & scripturarum publicarum Hispaniæ. Salmanticæ apud Joan. Juntam. 1551.

RODERICUS ARRIAGA Hispanus Lucronensis è Societ. Jesu Philosophiæ ac Theol. D. & in Academia Pragensi Professor.

Cursus Philosophicus. Parisiis in folio apud Jacob. Quesnel anno 1639.

Don RODRIGO CARO. Antiquedades y principades de la Ciudad de Sevilla. *Meminit Vagenseilius* ad Librum Thalm. *Sota* pag. 36.

RODERICUS de CASTRO Hispanus, Medicus Hamburg.

De Mulierum medicina Opus. Hamburgi 1604. in folio.

RODERICUS FERNANDIUS à S. Ella, artium & S. Th. Magister.

Dictionarium Ecclesiasticum, auctum & locupletatum ab Eustathio Moro Cervantæo Cantabro. Compluti fol. apud Joan. Gratianum an. 1572.

RODERICUS à FONSECA Lusitanus Medicus.

De calculorum remediis, qui in renibus & vesica gignuntur L. II. Romæ apud Joan. Angelum Ruffinellum anno 1586. 4.

De Venenis eorumque curatione Liber Romæ ap. Vinc. Accoltum in 4to. 1587.

In Hippocratis Legem Commentarius, quo perfecti Medici natura explicatur. ib. ap. Titum & Paulum de Dianis FF. 1586. 4to.

RODERICUS XIMENES Navarrus, Archiepiscopus factus Toletanus anno cIↃ ccIIX. Obiit anno cIↃ ccXLV.

Libri IX. de Rebus Hispaniæ ab adventu Herculis in eas terras; usque ad Tempora Ferdinandi III.

Contulit illos cum MSS. Eccl. Toletan. membranis, ediditq; Andreas Schottus Tomo II. Hisp. illustratæ. Addidit ejusdem compendiosam historiam Ostrogothorum,

ac Alanorum; nec non historiam Arabum.

Præterea Historiam Hispanicam patriô contexuit sermone, tertiâ parte Latinâ auctiorem, quam ex antiquo avtographo apud Monasterium D. Hieronymi Carthusiensis Hispali donato *desumendam securasse dicit Ramiresius ad Luitprandum pag.590.* Vide eundem p. 408.

RODERICUS ZAMORENSIS Episcopus.

Speculum Vitæ humanæ impressum à Günthero Zeiner ex Reutlingen cive progenito, commanenti autem in urbe Augustensi anno 1471. idus Januarias 3. *ita sonant verba ad calcem adjecta.*

Exeditione Melch. Goldasti. 4. Hanoviæ an. 1613.

RODULPHUS de NOVIOMAGO Gelder. Vita B. Alberti Magni ex ordine Prædicatorum Libri IV. Coloniæ 1490. Meminit Val. Andreæ p. 800.

ROLANDINUS GRAMMATICUS Patavinus natus an. 1200. obiit anno 1276. Actuarius in Patria. *Vide Voss. de H. Lat. L. III. p. 786.*

Libri XII. de Tyrannide Eccelinorum de Onaria sive de Romano. ab anno cIↃCC. usque ad annum cIↃCCLXIII. Ms. olim apud Felicem Osium.

ROLANDUS A VALLE Patricius Casalensis, Eques ac primarius Montisferrati Senator.

Consilia Juridica. Tomus I. Venetiis apud Francisc. de Portonariis 1572. in folio. Tomus II. ib. ap. Altobellum Salicatium f. 1573. Tomus III. Pisauri apud Hieron. Concordiam fol. 1571. Tomus IV. Venetiis 1576. fol. ap. Franc. Zilettum. *Sic editio quam ego vidi se habebat.*

ROMANO ALBERTI della città del Borgo S. Sepolcro.

Trattato della nobiltà della pittura, composto ad instantia della Venerabil Compagnia di S. Luca e nobil' academia delli pittori di Roma. in Roma 4to 1585.

ROMUALDUS II. Archiepiscopus Salernitanus circa annum 1177. clarus. Chronicon ab Orbe condito usq; ad ann. cIↃCLXXVII. Baronius ejus meminit ad annum 1084. uti & annum 1177. ubi Segemino MS. Codice usum ait, Salernitano uno, alterô Bibl. Vaticanæ.

ROSARIUM Mariæ Typis impressum Rostochii anno 1517.

RUDIMENTUM novitiorum sive Chronicon universale auctoris incerti ab anno primo O. Conditi, usque ad annum 1473. Typis extat impressum Lubecæ in folio maj. an. 1475. per Magistrum Lucam Brandis de Schas.

RUFUS FESTUS AVIENUS sub Theodosio Imp. clarus. *Vide de eo Ramiresiū ad Luitprandum p. 422. & 492. Vossium Lib. II. de Hist. Lat. c. 10.*

De ora maritimâ Liber. Lugduni apud Jacobum Chovet an. 1596.

RUPERTUS TUITIENSIS Monasterii S. Heriberti Ord. S. Benedicti Abbas, circa annum 1119. clarus.

Opera omnia ex emendatione Hermanni Brighmanni, Tomis IV. Parisiis anno 1638. in folio apud Carolum Chastellain.

RUTILIUS BENZONIUS Romanus, Episcopus Lauretanus & Recinetensis.

De Anno Jubilæo Libri VI. Venetiis apud Floravantem Pratum 1599.

Speculum Episcoporum ac Parochorum. ib. apud minimam Societatem 1595.

Commentarii ac disputationes in B. Virg. Mariæ Canticum: *Magnificat*. Libris V. Venetiis apud Juntas 1606.

RUTILIUS CLAUDIUS NUMATIANUS Gallus, Vir Consularis, Præfectus Urbi & Prætorio, Tribunus Militum circa annum Chr. 417. clarus.

Itinerarium sive de Reditu suo Libri II. carmine elegiaco, cum emendationibus & notis Josephi Castalionis. Romæ in 8vo. apud Vinc. Accoltum anno 1582. & cum animadversionibus Gasp. Barthii Francofurti in 8vo. an. 1623.

S.

SABBAS CASTELLIONÆUS patria Mediolanensis, Miles Hierosolymitanus. Obiit anno 1553.

Ricordi sive instructiones. Venetiis an. 1578. in 8.

SAHRAVERDIUS Persa.

De sectæ Sophiorum strictiori vivendi ratione, in Arabicum è Persico translatus *per Aq. Shemseddinum* 149. fol. MS. habet Christianus Ravius. Vide ejus Spolium Orientis Cent. I. n. 85.

SALAMAS Arabs.

Hortus mirabilium. MS. apud Ath. Kircherum, Citatus ab eo in Arca Noæ p. 218.

C. *SALLUSTIUS CRISPUS* anno U. C. 667. ante Christum natum 84. in lucem editus. Senator Romanus. Obiit anno ante Chr. natum 32. *Vide de eô Vossium de Hist. Lat. Lib. I. cap. 15. Hanckium de Script. Rerum 361. Rom. Parte. I. c. 6.*

Operæ Mediolani à Pomponio Læto & Hyacintho Arpinate castigata anno 1508. *Vossius L. 4. de analogiâ c. 13.*

Cum variorum Observ. ex Joannis Fried. Gronovii recensione. Lugd. Bat. in officina Hackiana anno 1665. in 8.

SALLUSTIUS Philosophus Cynicus, Simplicio in Epictetum & Svidæ nominatus.

De Diis & Mundo Opusculum græcè cum interp. Latina Allatii, & observ. Holstenii, editore Gab. Naudæo. Lugduni Bat. ex offic. Joan. Maire12. anno 1639.

SALLUSTIUS SALVIANUS Romanus

Romanus, Medicus in Patria.

De urinarum differentiis, causis & judiciis Libri II. Romæ 8. 1587.

Variarum Lectionum de Re medicâ Libri III. ibid. apud Jacobum Tornerium & Bern. Donangelum 1588. 8.

De Calore naturali, acquisito & febrili Libri II. de concoctione Libri II. ibid. ap. eosdem 1586.

De Crisibus Liber. ibid. apud eosdem 1589. in 8.

R. SALOMON fil. ABRAHAMI.

Mechabberoth sive Compositiones. Est autem Lexicon Hebraicum R. Davidem Kimchi & alios Lexicographos antiquitate antecedens, conscriptum anno M. 4921. hoc est ante annos CCCCL. MS. in Bibl. Vindob. in folio.

R. SALOMON ATHIAS. Commentarius in Psalmos. Venetiis anno 1549. in folio, *adjecto Textu punctato.*

R. SALOMON ben GABIROS. Meditationes de Mirabilibus Dei, *Corona Regni* inscriptæ, latinè redditæ à Francisco Donato. Romæ anno 1618.

Mischar bappeninim selectæ margaritæ. Liber continens Præcepta Ethica vel moralia ex antiquis Philosophis Græcis & Arabibus collecta. Arabicè ab auctore scriptus, deinde à R. Jehuda A ben Tybbon Hebraicè versus. Cremonæ apud Vincentium Conti in 4. anno 318. Christi 1558. *cum Commentariis. Integrum ferè Joan. Drusius inseruit Libro apophtegmatum Hebræorum & Arabum, Franekeræ anno 1591. edito.*

R. SALOMO JARCHI Gallus Patria Trecensis, vulgò *Parschandatha* sive *Legis interpres* dicitur; Obiit anno Chr. 1105. ætatis LXXV. *Vide Hottingeri Hist. Eccl. sæculi XII. p. 255.*

Commentarii in V. Libros Moysis editore Menasseh Ben Israel. 4to Amstelodami an. 1644.

R. SALOMON URBINENSIS. *Chel moed,* Tentorium conventus, sive Synonyma Hebraica ex Bibliis petita adductis singularum Vocum exemplis & loco ubi reperiuntur. Venetiis anno 308. Chr. 1548. apud Marcum Antonium Justinianum.

R. SALOMON WIRGA Medicus, filius R. Jehudæ Wirga sapientis dicti. *Schevet Jehuda* Liber historicus, in Lingvam Hebræo-Germanicam translatus Amstelodami à Judæis editus est anno 408. Chr. 1648. litteris Hebræo-Germanicis.

Latinè illum vertit & sub titulo HISTORIAE JUDAICAE, res Judæorum ab eversa æde Hierosolymitana ad hæc ferè tempora usq; complexæ anno 1651. Amstelodami edidit Georgius Gentius. Præfationem verò auctoris omisit, in quæ inter alia ille scriptionis suæ rationem reddit, hisce verbis:

Und den Sepher hab ich geheissen Schebhet Jehuda derwerten / daß Gott der Allmächtige soll uns wieder auffrichten die Gewalt und das Königreich durch Maschiach ben David der da wird seyn von Jehudah. Amen. Selah.

Novam editionem ejus Hebraicam nitidissimè editam Amstelodami anno 415. i. e. Chr. 1655. studio FF. Rabbinorum Raphaelis & Abrahami filiorum Danani, in officinâ Immanuelis Benbenisti excusam ait Carpzovius in notis ad Schickardi Jus Regium cap. 1. p. 80. *ex quo hæc omnia de auctore hoc desumpsimus.*

SALVATOR de LEON Murcianus è Societate Jesu.

Commentarius in Ecclesiasticum Antwerpiæ in folio 1640.

SALVATOR VITALIS Marensis. Annales Sardiniæ. Florentiæ folio an. 1639.

SALVIANUS Presbyter ac posteà Episcopus Massiliensis circa annum 460. vixit. *Vide de eo Gennadium de Viris illustribus.*

Opera cum Com. Conradi Rittershusii. Altorfii in 8. ann. 1611. & cum Observationibus Stephani Baluzii Parisiis in 8. an. 1669. *in quâ editione Vincentii Lirinensis additum est Commonitorium.*

SAMUEL ARCUVOLTI Judæus *Arugas babbosem*, Area aromatica, Liber grammaticus. Venetiis ap. Jo. de Gara an. 362. Chr. 1602. 4.

SAMUEL BOCHARTUS Cadomensis.

Hierozoicon sive opus bipertitum de animalibus Sacræ Scripturæ. Pars I. continet Libros IV. de animalibus in genere, & de quadrupedibus viviparis & oviparis. Pars II. Libros VI. de avibus, serpentibus, insectis, aquaticis & fabulosis animantibus. Londini excudit Thomas Roycroft Regiæ Maj. in LL. Orientalibus Typographus, impensis Jo. Martyn & Jac. Allestry 1663. fol. & Francofurti ad Mœnum impensis Zunnerianis 1675. in fol.

Geographia sacra Partibus II. quarum prior *Phaleg*, posterior *Canaan* inscribitur. Agit illa de dispersione gentium & terrarum divisione; ista de Coloniis & sermone Phœnicum. Cadomi folio 1651. & Francofurti anno 1674. 4. *in quâ editione accessere ejusdem Bocharti, Epistola de Ænea; & alia de Presbyteratu & Episcopatu.*

SAMUEL GUICHENON Burgi Sebusianorum advocatus.

Episcoporum Bellicensium Chronographica series. Parisiis 4. 1642.

Histoire genealogique de la Royale Maison de Savoye. Lyon fol. 1660. chez Guil. Barbier.

Historia Bressiana. ibid. in fol. anno 1650. apud Huguetanum & Ravaudum.

SAMUEL

SAMUEL PETITUS Nemausensis Gallus.

De Edictis Principum diatribe, editore Sam. Sorberiô. Amstelod. 1649. 8.

Miscellaneorum Libri IX. in quibus varia veterum Scriptorum loca emendantur. Parisiis ap. Carolum Moreau 4. 1630.

Variarum Lectionum Libri IV. in quibus Ecclesiæ utriusque fœderis ritus moresque antiqui, sacri item ac Eccles. Scriptores illustrantur, explicantur, emendantur. ib. ap. eund. 1633. 4.

Ecclogæ Chronologicæ in quibus de variis Judæorum, Samaritanorum, Græcorum, Macedonum, Syro-Macedonum, Romanorum typis, cyclisque veterum Christianorum paschalibus disputatur ibid. in 4. 1632.

Leges Atticæ cum Commentariis. Parisiis fol. an. 1635.

Observationum Libri III. in 4. an. 1642. ibidem.

SAMUEL PURCHASIUS Anglus, Theologus, Philosophus & Historicus, obiit anno 1627.

Itinerum descriptio Anglicè folio Londini an. 1625.

SAMUEL de SORBIERE circa annum 1659. Parisiis vixit.

Lettres & discours, sur diverses matieres curieuses. à Paris chez François Clousier anno 1660. in 4. *Inscripsit Opus hoc Card. Mazarino.*

R. SAMUEL fil. Valerii Judæ. *Chason lemoed* Visio ad tempus statutum *(ex Abacuc. 2. 3.)* Commentarius est in Danielem habens adjunctum Textum sine punctis. Venetiis 346. Chr. 1586.

R. SAMUEL ZIRZA circa annum 1490. vixit.

Mekor Chajim Fons vitæ Mantuæ in fol. anno 1558.

Michlal Jophi perfectio pulchritudinis (*ex Psal. 50. 2.*) Impressus in Salonica anno 1567.

SANCTIUS de PORTA. Ordinis Prædicatorum, Sacri Palatii Magister, *Præ o Cæsaraugustanus in Hispaniâ fervidus, & vitiorum impugnator acerrimus*, quomodo in fronte Operis sui celebratur.

Sermones per totum annum; item de Tempore & SS. Hagenoæ cura Henrici Gran an. 1514. & seq. impressi, *editore Wulphgango Angst Caisersbergio, & inscripti Vito Ægidio (*alias Geisel*) Decano in Surburg.*

Mariale: item pro aeris serenitate, pluviâ petendâ, & pro quacunque necessitate sermones ib. anno 1515. editore Alfonsô de Castro Ord. Præd. inscripti Joanni Engueræ Episcopo Ilerdensi. *Olearius in Abaco p. 424.*

SANCTIUS MARMOCHINUS. Novum Testamentum Italicè transtulit impressum Venetiis 1538. *teste Seldenô Lib. III. de Uxore Hebr. c. 27.*

SANTES PAGNINUS Lucensis Italus, Ordinis Præd. S. Theol. Professor.

Thesaurus Linguæ S. sive Lexicon Hebraicum, auctum à Joanne Mercero. Coloniæ Allobrogum Typis Petri de la Roviere an. 1614. fol.

SARAVIUS Tatarus ex majoribus Mogul.

Opus præclarum Medicum Practicæ Chirurgicæ, MS. ap. Ravium. Vide ejus Spolium Cent. I. n. 34. ubi ait, *extare etiam ejus versionem Ebræam ἀνέκδοτον: Latinè versum esse editum. Instrumenta chirurgica in MS. affaberrimè haberi depicta; punctis vocalibus ubique exornatum esse. Constare LX. Ducatis.*

SAXO GRAMMATICUS Roeskildensis in Daniâ Præpositus, circa annum clɔcc VI. vixit.

Historiæ Danicæ Libri XVI. editi à Christierno Petri Canonico Lundensi Parisiis anno 1514. Basileæ apud Joan. Bebelium an. 1534. Cum notis Stephani Joannis Stephanii in folio Soræ an. 1644.

SCÆVOLA SANMARTHANUS unà cum Fratre Ludovico, additamenta dedit ad Claudii Roberti Galliam Christianam, quibus series omnium Archiepiscoporum, Episcoporum & Abbatum totius Galliæ deducitur. Tomis IV. Parisiis in folio anno 1656.

SCALA Cœli Liber sic inscriptus incerti auctoris, Lubecæ impressus anno 1476.

R. SCHABBATHAI fil. Akifæ.

Sepher Nischmas Schabbatai Halevi, liber Cabbalisticus. Pragæ in 4to. anno Ch. 1616. impressus. *Dassovius b. 2:*

R. SCHELOMON BEN MORDECHAI. *Misbeach hassa faf* altare aureum, Liber Cabbalisticus de confectione suffitûs sacri, qui super altari aureo fiebat. Basileæ annô 362. Chr. 1602. apud Waldkirchium in 4to.

R. SCHEM TOF Lugdunensis Gallus, obiit anno Ch. 1293.

Kefer Schem Tof Corona nominis boni. Commentarius est in Legem. Venetiis fol. anno 361. Chr. 1601. *Buxtorf. Bibl. Rab.* p. 357.

R. *SCHEPHTEL HORVVITZ* Pragensis Judæus.

Schepha tal, abundantia roris. Liber Cabbalisticus, clavis in Librum Jezirah, Torah, Tikkunim & Pardes rimmonim, qui Libri fundamentum continent universæ Cabbalæ. Hanoviæ an. 372. Chr. 1612.

SCHICH SADI aliàs Musladinus Sadus, circa annum Hegiræ 656. Christi 1258. *auctore Müllero de Chatajâ* p. 37. clarus, natione Persa.

Gülistan sive Rosarium Politicum, quod Persicè extat apud Christ. Ravium. Latine vertit & notis illustratum edidit Georgius Gentius, prodiit Amstelodami in 12. anno 1658.

Germanicè reddidit Adamus Olearius, Slesvigi in fol. a. 1647. cum multis

multis figuris impressum. Gallicè transtulit Andreas Ryer Dn. à Malezair, excusum Parisiis 8. anno 1634.

SCHOLA SALERNITANA Liber sic inscriptus, cujus auctor à nonnullis Joan. de Mediolano vocatur. *Vide Placcium de script. anon. capite 4. pag. 42.* Prodiit ex editione Zachariæ Sylvii Medici Roterodamensis. Roterodami ex officinâ Arnoldi Leers 1667. 12.

Cum animadversionibus Variorum editore Renato Moreau. Parisiis in 8. anno 1671.

SCHOLASTICA HISTORIA de Vita Christi & Apostolorum ex Scriptura Sacra & aliis, sive ut inscriptionis verba sonat *super novum Testamentum cum additionibus atque incidentiis.* Excusa in Trajecto inferiore per Magistros, Nicolaum de Ketelaer & Gerardum de Leempt anno 1473. *Vossius de Hist. Lat. Librô III. pag. 73?.*

SCIPIONIS AMIRATI Discorsi sopra Cornelio Tacito, *alla Sereniss. Madama Christiana di Loreno, Gran Duchesse di Toscana.* In Vinezia in 4to. anno 1599.

SCIPIO AQUILANUS.

De placitis Philosophorum qui ante Tempora Aristotelis floruerunt. Venetiis anno 1620.

SCIPIO CLARAMONTIUS patria Cæsenas, *homo solidæ eruditionis, magnæ & plerumque pertinacis suis in compositionibus diligentiæ,* à Naudæo in Bibl. polit. vocatur pag. 53.

Commentarium in Aristotelem de Iride, de Corona, de pareliis & virgis, *editore Petronio Ruinetto ad perill. Dn. Nicol. Forestum.* Venetiis in 4to apud Scipionem Banca 1668.

Commentarii in quartum Meteorologicorum, *editore Felice Petrogallo, ad Hieron. Molinum Medicum* ibid. eod. anno in 4.

Methodus ad doctrinam spectans. Cæsenæ in 4to 1639.

De sede sublunari Cometarum. 4. Amstelod. anno 1636.

Historia Cæsenæ urbis ab ejus origine ad sua Tempora: Cæsenæ in 4. anno 1641.

De conjecturandis cujusque moribus & latitantibus animi affectibus in 4to. Venetiis 1628.

SCIPIO GRAMONTIUS Sieur de S. Germain, Secretaire de la Chambre du Roy.

Le Denier Royal. Parisiis ap. Tussanum du Bray 1620. 8.

SCIPIO HERRICUS Messanese. Contra l'Occhiale del Sig. Cavalier Frà Tomaso Stigliani *scripsit librum* L'Occhiale appannato. In Messina 1629. 12. da Gio Francesco Bianco.

SCIPIONE MAZZELLA Napolitano.

Sito & antichita della Citta di Pozzuolo e del suo amenissimo distretto, con la de scrittione di tutti i luoghi notabili e degni di me-

memoria, e di Cuma, e di Baja, e di Miseno, e de gli altro luoghi convicini: con le figure de gli edificii, e con gli Epitafii che vi sono. *Additum est ejus Opusculum Latinum de balneis Puteolorum, Bajarum, & Pithecusarum, anteà à Joanne Elisio Medico editum.* in Napoli nella stamperia di Tarquinio Longo ad instanza di Giorgio Varisco 1606. in 8.

SCIPIO du PLEIX Historiographus Regis Galliæ.

Historiarum Francicarum à diluvio ad Ludovicum XIII. sive annum 1634. Tomi IV. gallicè, *vide de Opere hoc Zeillerum P. II. de Historicis pag. 117.* Parisiis in folio anno 1639.

SCRIBONIUS LARGUS Medicus sub Tiberio Imp. clarus. *Vide de eo Barthii advers. Lib. XXXIX. c. 16. Meibomium in Hippoc. jusjurandum p. 11.*

Compositiones Medicæ cum notis & Indice Joannis Rhodii. Patavii Typis Paulli Frambotti 1655. in 4.

SCYLAX CARYANDENSIS. Sub ejus nomine edidit Isaacus Vossius Libellum PERIPLUS inscriptum cum versione sua ac Notis. Amstelodami in 4. anno 1639. Sed audiamus ipsum in notis ad Melæ Lib. I. cap. 16. *Certissimis*, ait, *argumentis evinci potest, Periplum istum qui Scylacis Car. nomen præ se fert, quemque adolescens admodum recudendum curavi, cujusvis esse potius quàm Scylacis, ut in secundis Curis clarius docebimus.*

SEBASTIANUS BARRADAS. Ulyssiponensis, è Soc. Jesu, Theologus & in acadamiâ Eborensi Sacrarum Litterarum Interpres.

Commentarii in Concordiam & historiam Evangelicam Tomis II. Conimbricæ apud Anton. de Maris anno 1599. in folio.

Itinerarium filiorum Israel in Terram promissionis ex Ægypto. Antwerpiæ an. 1621. in folio.

SEBASTIANUS BRANDT sive Titio, JCtus, natus Argentinæ anno 1458. obiit anno 1520.

Das neue Narrenschiff in Teutschen Reimen. Straßburg bey Wendel Rihel anno 1549. in 4.

Latinis versibus eandem reddidit Jacobus Locher Philomusus & anno 1497. imprimi curavit.

SEBASTIANUS BRAVUS Ordinis S. Dominici, Prior Conventus Caracensis. Collectanea aurea in Pentateuchū. Compluti in f. 1595.

SEBASTIANUS ERIZZUS nobilis & Patricius Venetus, *insignis antiquarius sed Græcæ litteraturæ haud peritus*, judicio Spanhemii de Numism. p. 307.

Discursus de numismatibus antiquis. Venetiis anno 1559. apud Joan. Variscum & Paganinum Paganini, Italicè.

SEBASTIANUS GOMEZ de Figueredo S. Th. Doctor.

Mi-

Milicia Christiana de les tres enemigos del Alma 4. Salamanca 1596.

Commentarius in psalmum quinquagesimum. ibid. 8. 1598.

SEBASTIANUS MACCIUS Urbanensis. De Historia Liber: & alius de bellô Hasdrubalis. Venetiis 4. 1613.

SEBASTIANUS PAPARELLA à Monte Sancto, Medicus ac Philosophus in Gymnasio Perusino.

Opera varia: In Hippocratem de natura humana Commentaria II. De efficientia primi Motoris Liber I. de Calido Libri III. de judicationibus curativis Tractatus VII. de Catarrho Libri II. Maceratæ apud Sebast. Martellinum 1582. in folio.

SEBASTIANUS de la PARRA Ordinis Cist. Abbas & Monachus Cœnobii Caracetensis.

Vita S. Teresæ à Jesu, fundatricis Carmelitanarum discalceatorum. Salmanticæ in 8. 1609. & ibid. in 4. anno 1610.

SEBASTIANUS SCARABICIUS Patavinus, in gymnasio Patavino Avicennæ Professor.

De ortu ignis febriferi. 4. Patavii anno 1655.

SEBASTIANUS de URIAS Hispanus.

Triumphus sanctissimæ crucis. Julio-brigæ in 4. anno 1597.

SEDEROLAM RABBA sive Chronologia Hebræorum major, auctorem habet R. Josen Ben Chilpheta qui circa annum Chr. 130. vixit & Præceptor fuit R. Jehudæ Sancti, auctoris Mischnajoth. Genebrardus autem qui opus hoc latinè reddidit auctorem hujus Libri circa annum millesimum vixisse autumat. Apud Judæos magnæ auctoritatis est, & ferè ad Canonicos accedit Libros, imò ab ipso Esra maximam partem congesta putatur. Prodiit Lugduni 1608. in fol.

Cœlius SEDULIUS Presbyter Scotus, sub Theodosio jun. circa annum Christi 430. clarus. Plura de eo vide apud Usserium antiq. Britan. Eccl. p. 769. & seqq.

Poëmata. Lipsiæ an. 1504. in 4.

SEID MUSTAPHA Huseinis filius, aliàs Genali appellatus.

Annales Rerum à Muhammede ejusque Successoribus Caliphis Regibus & Principibus Muhamedanis ubique gentium gestarum ab initio ejus sectæ ad Amurathis Tertii Imp. Turcici obitum. Turcicè MS. in folio in Bibliotheca Vindob.

L. Annæus SENECA Cordubensis Philosophus Stoicus, sub Nerone clarus. *Vide de eô Schottum Bibl. Hisp. T. II. p. 195. qui ejus & M. Annæi Senecæ Opera recenset.* Edita illa fuere:

Tarvisii ex edit. Bernardi de Colonia anno 1478.

Venetiis per Bernardinum de

Coris de Cremona anno 1492.

Cum diversorum annotationibus & Comm. Parisiis apud Hadrianum Perier anno 1607. *quæ editio ex melioribus est.*

Cum Observationibus Justi Lipsii Antwerpiæ in folio. Antwerpiæ anno 1637. inter Opera.

Cum Lipsii, Gronovii & aliorum Notis. Accedunt Liberti Fromondi in quæstionum naturalium Libros Notæ ac emendationes Tomis III. Amstelodami apud Danielem Elzevirium in 8. 1673.

SENECA TRAGICUS Poeta. Ejus Tragœdiæ prodierunt cum variorum Observationibus, ex nova recensione Antonii Thysii JC. Lugduni Bat. ex offic. Francisci Moyardi anno 1651. in 8.

SEPHER JEZIRAH sive Liber creationis vel formationis rerum Cabbalisticus, Abrahamo Patriarchæ vulgò tribuitur: ab aliis verò & rectius quidem R. Aquilæ qui circa annum Chr. 135. floruit, adscribitur. *V. de eo Lambecii Prodromum cap. 6. p. 52. Dionys. Vossium ad c. 9. Maimonidis de idolol.* Continet verò majori ex parte Pythagoricam philosophandi rationem ex litteris & præfixas habet XXXII. semitas sapientiæ. Prodiit cum Commentariis R. Abraham ben Dior, R. Mosis Ben Nachman, R. Mosche Butrillo, R. Saadiæ Gadon, & R. Eliæser Miggarmisa. Mantuæ in 4to. anno Christi 1562.

Cum Comm. R. Abrah. ben Dior latinè ex versione & cum notis Stephani Rittangelii Professoris Regiomontani. Amstelodami anno 1642. in 4. apud Joan. Jod. Jansonium.

Q. SEPTIMIUS Romanus. Sub ejus nomine extat versio Dictys Cretensis de bello Trojano; dicata Q. Aradio Rufino, Consuli Romano circa annum urbis CIↃLXVIII. Sed est Operis ejus recentior scriptor quisquis demum fuerit, nec Græcè sed Latinè scripsit. Vide Barthium ad Britonem p. 98. & ad Claudianum pag. 292. Vossium de Hist. Lat. Lib. III. p. 742. Prodiit Lutetiæ apud Rob. Stephanum.

SERAPHINUS CAPPONUS à Porrectâ (*quod oppidum est in Tractu Bononiensi, ob Thermas celebre*) Magister Theologiæ.

Veritates aureæ super totam Legem veterem tum litterales tum mysticæ per modum conclusionum è sacro Textu mirabiliter exsculptæ. Venetiis 1590. apud M. Ant. Zalterium.

Compendium Theologicæ veritatis Alberti M. VII. Libris digestum, cum centenario Codice Alberti nomine sub Duce Venetiarum insignito, collatum, expurgatum & notis illustratum.

Ve-

Venetiis apud Joan. B. Somaschū. 1587.

Elucidationes formales totius Summæ Theol. D. Aquinatis. Venetiis 1588. ap. Juntas in folio.

SERAPHINUS RAZZIUS Ord. Prædic. Possevinus Radium nominat. Compendium Locorum Theologicorum Melch. Cani. Perusiæ anno 1603.

Centum Casus Conscientiæ. Genuæ ap. Hieron. Bartholum anno 1586. *Hortus Exemplorum* sive Vitarum SS. Flores. Venetiis ap. Danielem Zanettum anno 1599. Italicè.

Historia SS. & Virorum illustrium Ordinis Prædic. Lucæ ap. Busdragum 1596. 8. Italicè.

Q. SERENUS SAMMONICUS. De medicina Liber cum Observ. Roberti Keuchenii. Amstelodami in 8vo anno 1662.

SERTORIUS URSATUS Medicus Patavinus.

Monumenta Patavina sive inscriptiones urbis Patavinæ cum Observationibus. Patavii apud Paulum Frambottum folio anno 1652.

Commentarius de Notis Romanorum folio ibid. anno 1672.

SERVATUS LUPUS Presbyter & abbas Ferrariensis in Senonibus Congregationis Floriacensis, sub initium Sæculi IX. clarus.

Opuscula cum animadversionibus Stephani Baluzii Tutelensis. Parisiis in 8. anno 1664.

Maurus SERVIUS Honoratus.

Commentarius in Virgilium ex editione Petri Danielis. Parisiis apud Sebast. Nivellium anno 1600.

SETHUS WARDUS S.Th.D. in Acad. Oxoniensi Astron. Professor Savilianus.

Astronomia Geometrica ubi Methodus proponitur, quâ primariorum Planetarum astronomia sive elliptica sive circularis possit Geometricè absolvi. Londini in 8. 1656. apud Jacobum Flesher.

SEVERINUS BINIUS Randelradii Juliæ oppido natus, Coloniæ Agrippinæ Ecclesiæ Metropolitanæ Presbyter Canonicus.

Conciliorum omnium Tomi IV. Notis illustrati. Coloniæ anno 1606. in folio.

SEVERUS Patriarcha Alexandrinus circa annum 646. clarus.

Liber de ritibus baptismi & Sacræ Synaxeos apud Syros Christianos receptis, Syriacè & latinè à Gvidone Fabricio Boderiano editus Antwerpiæ anno 1572. Typis Christophorus Plantini.

SEVERI Endelechii carmen Bucolicum cum notis Weitzii, in 8vo Francofurti anno 1612.

Severus Sulpitius Nitiobrix Hieronymi æqualis, Presbyter. Vide Vossium de Hist. Lat. Lib. II. c. 12.

Opera cum Comm. Variorum accurante Georgiô Hornio. Amstelodami apud Elzevirios 1665. 8vo.

Sextus Empiricus Galeno æqualis vel paullò junior. *Vide de eo* & ejus ætate Jonsium Lib. III. cap. XII. de hist. philos.

Adversus Mathematicos sive eos qui profitentur disciplinas Opus ex interp. Gentiani Herveti: Libri item III. hypotyposeων Pyrrhonianarum ex Stephani versione græcè ac latinè. Aurelianæ Typis & sumptibus Petri & Jacobi Chovet anno. 1621. in folio.

Sextus Julius Frontinus Prætor urbanus, Vespasiano II. ac Tito Coss. ab U. C. Iↄcccxxiii. sub Nerva ac Trajano clarus.

Libri IV. Stratagematum castigati à Philippo Beroaldo, Senatori Min. Roscio dicati. Bononiæ ap. Platonem Benedictinum an. 1495.

Opera omnia: Libri Stratagematum: de aquæductibus Libri II. de re agraria: de Limitibus: de Coloniis Italiæ ex edit. & cum notis Roberti Keuchenii Amstelodami in 8. anno 1661.

Sfortia Pallavicinus è Societate Iesu S. R. E. Cardinalis.

Contra Petri Svavis Polani historiam, de Concilii Tridentini historia Volumina III. Italicè folio Romæ 1656. Latinè reddita à P. Joan. Bapt. Giattino Panormitano Soc. J. Sacerdote. Antwerpiæ (*Francofurti*) anno 1673. fol.

Commentarius in primam secundæ D. Thomæ. Lugduni fol. 1653.

SHEMSAD Dinus Abi Abdalla Muhammedus Arabs, Halebensis seu Aleppi natus. Opus ejus historicum inscriptum *Kitab ittebjân fi istilachi Ebliseman* manu exaratum habet Christianus Ravius. Vide ejus Spolium Cent. I. n. 22. CXV. Imperialibus emptum.

SIADÆI Etymologicum Persico-Turcicum MS. in Lugduno-Batava Bibl. extat.

SIBRANDUS TETARDUS SICCAMA Bolsverdianus Frisius, Reipublicæ Hasselensis in Transisulania circa annum 1595. à Secretis.

De judicio Centumvirali Libri II. Franequeræ excudit Ægid. Radæus 1596. in 8.

Fastorum Kalendarium L. II. ex vetustis Monumentis, marmoribus aliisque antiquitatis fragmentis aucti & emendati. Amstelodami in 4to apud Zach. Heyns.

De Veteri Anno Romanô Romuli

muli & Numæ Pompilii antitheses. Campis apud Willh. Bernhardi in 4to anno 1599.

